

Komparich Mart.  
Košich Mikula.  
Kovach Jura, Mikola.  
Kovachich Balas a) Ger-  
go, Mikula, Pavun.  
Kozerich Mate.  
Krajach Miko, Petar.  
Krajnovich Jura Marko.  
Kramarich Lovre Stepan.  
Krwšich Mate.  
Kudelich Mikula.  
Kunovich Jura Mikola.  
Kunyuchich Jura.  
Kyrin.  
Kyrinovich Pave Stanfa.  
Lalšich Pave.  
Lebašich.  
Lombarich Jura.  
Lawrich Miho.  
Lubkovich Miho.  
Luchich Miko.  
Lyskovsky Miho,  
Malešich Mart. Stepan.

Martinkovich Balas.  
Mateyovich Ivan. Mikula.  
Mathešin Tomko.  
Mattkovich Mikola.  
Mawrich Jura.  
Mawrovich Jura.  
Mechyr Jura.  
Medošich Mart. Tomko.  
Mestarič Jura Mikula.  
Mihalnovich Miho Miko.  
Mietich Stanfa.  
Mirkil Mart.  
Munich Jura Mate.  
Nejopluchich Mikula.  
Nedošich Tomko.  
Novak Jura.  
Novakovich Mate.  
Ostrogonsky Miko.  
Palašich Tomko.  
Pannanich Balas. Franc.  
Valek.

---

reperimus, a quo reliqui ejates indubie con-  
descenderint. Ceterum & isto qua Pater fami-  
lias ex Croatia vix venerit, nisi admodum ju-  
venis, vel certe jam Senquicenni natus; cum &  
serius nomen illius recurrat, & in Seculum  
XVII. longius vitam protraxerit, quamquam  
Kolinovichios hic plerosque decrepitam aetatem  
attigisse ex Gabriele, ejusque patre observa-  
vimus.

a) Blasius Kovachich vitam ad extremos sene-  
ctutis annos adhuc Seculo XVII. protraxit in-  
ter primos Senquicentiales pene longissima, at-  
que numerosos vidit nepotes, qualescunque mu-  
tati soli patrii solatium.

Farnovich Jura.  
 Patkovich Balas, Mate.  
 Pavlisa Mate  
 Pan *et* Jura, Luka, Mi-  
 kola Tomko.  
 Peterhanich, Petrohanich  
 vel Petranich Andr.  
 Mate Mikola, Petar.  
 Petrasich Jura.  
 Petrichovich Miho.  
 Philippovich Ivan Mihal.  
 Mikula.  
 Pilichar seu Pilicharich,  
 Marko, Miko, Stan-  
 sa, Tomko.  
 Polyak Matus.  
 Popkovich Balas, Ivan,  
 Stanko.  
 Quirin Stanfa.  
 Radanyi Tomko,  
 Radovich Tomka.  
 Radich Mikula.  
 Radivojehich Mate.  
 Rebusich Nikola.  
 Repich Jura.  
 Rusich Ivan, Mate.  
 Saffrankovich Mart.  
 Sestak Marko, Mart.  
 Siskovich Jura.  
 Simichevich Andr, Jura,  
 Sinkovich Jura, Petar,  
 Stepan.  
 Sisch Mikula.  
 Spanich Luko, Vak.  
 Stepkovich Sim.  
 Szabo Nic, Pavé, Petar.

Szlovineca Balas, Ivan,  
 Jura.  
 Szobotich Jura, Mate.  
 Szolyansky Mich.  
 Sztergatich Pave.  
 Szvachich Bart.  
 Szvetelich Mikula.  
 Tomisich Gregur.  
 Trajsich Mart.  
 Truchich Fabian.  
 Tukfich Luka.  
 Turhanich Franc, Ivan,  
 Jura.  
 Turkovich Ivan, Jura,  
 Miho, Pave.  
 Valentovich Mihal.  
 Valisich Stepan.  
 Vestelitch Lovre, Luka,  
 Mihal, Stanfa.  
 Ugrinovich, Ugrovich,  
 Mikula.  
 Vidovich Vyd.  
 Vitafich Mart, Markus.  
 Vlasich Petar.  
 Wlyas Miko.  
 Vojnovich Ivan.  
 Vranich Mikula.  
 Vakovich Andr, Gergo,  
 Ivan, Jura, Mihal.  
 Zagitich Luka.  
 Zajechich Pave, Ivan.  
 Zavistich Mikula.  
 Zladovich Matus.  
 Zoincs Bartos.  
 Zorovich Stepan.  
 Zovialch Jura.

Neque tamen existimamus has omnes familias  
 uno, eodemque tempore ex Croatia Senquicentibus  
 delatas, vel hanc solum locum hic in partibus ea

aetate per Croatas advenas colli caepisse, nam & vicinis confederant, & aliis mixti fuerant, Ita *Herzath-Garab*, vel *Esgrub* praesens Croatis sub idem tempus, vel paulo posterioribus annis impopulatum, hodieque linguam & mores patrios retinet; *Nabec* paulo ulterius supra Tyrnaviam remotam dialectum quidem, nimis tamen jam corruptam retinet Croaticam, licet medios inter Slavos, *Sérjenses* in eos penitus jam transferunt, ne vestigium quidem originalis Croaticae in vulgari sermone retentis, nisi familiarum adhuc prisca plerique gererent nomina, ex quibus, si quid conjecturae capere liceat, satis verosimiliter conficitur Senquicentenses, *Horvat-Esgrubenses* & *Sérjenses* non solum origine, sed etiam sanguine affines esse; quin & in vicinis pagis, praesertim *Czeilla*, *Grizan* &c. Croatas sparsos fuisse multa superflua adhuc vestigia, quos deinde suis propius accessisse, ac successive *Sijetam*, seu *Kis-Senquic* jam per eos, qui ex *Csanok* eo transferant, positum uberius excoluisse pro explorato habemus. Communitas utriusque Senquicentium, majorque populi, soli felicitate ac industria florantis numerus praecipua causa fuit, quod patriam linguam magis, quam vicini loci, puram Senquicentenses retinuerint, praesertim cum ejus perquam tenaces in hoc usque, quod vivimus Saeculum sacros etiam *Carlones*, qui lingua patria religionem docebant, obtinuerint, nec nisi serius Slavos, initio vi obrutos, cum Croatas non semper in promtu essent, passi sunt, sed hanc etiam epocham rerum suarum in deterius labentium plebecula recenset, quod & *Kolinovics* non discebatur, licet ne utiquam hanc esse causam existimeret, quod Senquicentenses, qui antea turbidis etiam temporibus floruerunt, peccatioribus istis ad inopiam egestatemque jam delibantur. Damus hic & *Parochorum* Senquicentensium, nomina, quamvis interrupta serie, cum reliqui nondum innotuerint.

## CROATIAE.

- Anno 1604. Matthias Sofich.  
 - - 1611. Joannes Jemich, seu Jemicus.  
 - - 1630. Marcus Victoris.  
 - - 1640. Matthias Herzich.  
 - - 1655. Nicolaus Paukovich.  
 - - 1682. Michael Kuchevich.  
 - - 1684. Michael Pucharich.  
 - - 1686. Andreas Mestrich.  
 - - 1689. Petrus Primofich.  
 - - 1709. Matthias Kralinovich.  
 - - 1711. Martinus Simonich.

## SLAVI.

- Anno 1711. Andreas Szent-Györgyi.  
 - - 1736. Martinus Maczkovich.  
 - - 1749. Matthias Szlamcsik.  
 - - 1751. Joannes Szent-Györgyi a).  
 - - 1760. Adamus Klafs.  
 - - 1761. Antonius Rock b).

a) Andreæ superius notati ex fratre nepos Anno 1760. Casistam translatus Vir vetate ac virtutibus præstans hoc, quo ista scribimus Anno adhuc indefessus in viam Domini zelose operatur.

b) Ille dilexit nimis decorem domus Dei & locum habitationis ejus, ideo Ecclesiam suam satis amplam, 1000. personarum capacem & solidis materialibus pulcre ac firmiter aedificatam contra sacrilegorum furum machinationes & incendii pericula solida porta, ferro copioso, magna fera; in ianua ferrea crucibus bene munitam; nova Ara majori, insignibus pontificalibus, bene insuetis illustrata, ex integro eleganter marmorifera; Leone D. Anno artificioso picta, intra duas prægrandes columnas lapideas collocata or-

Anno 1785. Josephus Zborovfky. Antea in 12. Annis in Horvath - Curam animarum salutis zelo intentus.

Quemadmodum decurrente hoc seculo Parochi e Slavia Senquiesio obtigerunt, ita senfim etiam Incolae Slavi facti sunt, qui tamen paucos Intra annos in Croatias abeunt, & proles eorum loci dialecto utuntur vel ideo corruptiore. Fertilitas soli, & vires ad excolendum adunt, salubritas loci, & Incolarum facilitas effecerint, ut complures extranei etiam ex vicinis urbibus, quin militares quoque personae emeritas, sua hic domicilia figant, frugaliter, quod forte obtigit, ruri consumpturas, quas vix tertio evoluto Anno Incolarum linguam conari audias, quorum per id & animos lucentur, & fa-

---

navit. Cathedram item ex ligno quercino confectam In ea curavit, ornatam in corona tribus statuis Fide, Spe, & Charitate, iconibus In dorso S. Annae, in Lambone S. Antonii sculptis; ex lateribus statuis SS. Petri & Pauli Apostolorum bene Instructis. Organum praeterea grande XVI. Mutationum crexit, ac suppellectile necessaria, eaque almiseleganti Ecclesiam providit sumptibus Ecclesiae; propriis autem Impensis ante fores Ecclesiae porticum sedilibus ex utraque parte pro commoditate mendicorum superaedificavit. In fine pagi superiote in loco exiguae stationis muratas honoris ascensionis Domini dicatae, Capellam honoris S. Vendelini dicatam longam 3. latam a organis Imbricibus rectam, campanula provisa collocavit, quae benedicta est, ut pro commoditate sua Parochus ibidem celebrare possit. Probabilis (jam Inter superius relata) vi B. Ordinationis Regiae praecelenda venit.

ellem operum; & vel hinc liquido conjici potest, quam vana de interitu linusae gentis integras sollicitudo sit, dum una dialectus artis unius pagi limitibus circumscripta trium seculorum aetatem fatigat, forte superata.

## C A P U T IV.

D E

### NOTITIA SENQUICZII POLITICA.

**H**ANC Bellus loco saepius citato sequentibus complexus est:

10 EA domiillis instructum, more Slavorum,  
 11 humilibus, rei tamen domesticae oportunis. Tem-  
 12 plum D. Annae dedicatum, angustius loco obli-  
 13 git, quam pro vici copia; sed compluribus ta-  
 14 men arte exornatum. Natio ipsa, vitae Religio-  
 15 nis extra modum tenax, nulli alii, in vico, se-  
 16 dem hactenus dedit. Sed nec quempiam sui cas-  
 17 tus, transire ad alienos, neque misceri matrimo-  
 18 nali permiserunt hucusque. Administris certe sa-  
 19 cerorum, *Crisis* tantum utebantur, rati, nisi ex  
 20 gente sua sacerdotes praesarent, fore, ut tota in-  
 21 tercidat Colonia. Nunc primum, a *Sievo Pich-*  
 22 *so*, erudiantur. Atque idem praecipuus rerum  
 23 apud eodem arbiter esse consuevit; reliqua, *Ju-*  
 24 *des* curant, quorum duo hodie, cum totidem  
 25 vicariis, summae rei praesunt; cum alioqui An-  
 26 guli Judices, antiquitus creari, atque idem offi-  
 27 cium annuum obtinere consuevit. Us, duodacim  
 28 *Jurati*, adfunt, Aeditui duo; totidem compl  
 29 custodes; sylvarum unus, unus & vinearum *In-*  
 30 *steller*, cum tribus excubitoribus. EA & juven-  
 31 tuti, sive Praefectus, quem *Sataribus*, hoc  
 32 est, *Seniores* honoris causa nominant. Hic,

allas serotina pruina vel grandine aestiva spe fructuum privati, cum primis vero frequentibus incendiis, quorum sena vel septena facile in vita sua vel hoc Seculo commemorat Kolinovics, nunquam tamen majorem Senquicentil partem exustam fuisse tradit. Haud mirum itaque, si Senquicentenses innata licet industria sua ex inopia paganis jam fere ubique communi se se erigere nequeant; & tamen praeter decimam vini, frumentique Capitulo Pofonienfi obtingentem, Parocho suo, Ludi Rectori cum alio titulo, tum imprimis pulsandarum adversus tempestatem campanarum non tamen ex obligatione, quam uti videtur, sequantimi benevolentia dependebant, lidem & fabrum, & Custodes pecorum, vinearum, agrorumque, quin & nocturnum securitatis Incolarum fere frumento exsolvunt. Messis insuper, ac imprimis vindemiarum tempore mendicantium Monachorum ingens non sine simulatione confusus varietasque fuerat, ut subinde septem diversi numerarentur, ac se vicini quidem Eremitae vinum pro seipso colligere vererentur, qui, cum plebs religioni duceret elemosynam denegare, non mediocrem partem e fructibus terrae decerpabant.

Senquicentenses haec caemeterium circa ipsam Ecclesiam intra muros, quibus cinctam esse superius diximus adeoque in ipso pago habebant, in quo & Kis-Senquicentenses sepeliri solebant, vi tamen interventae novae ordinationis Anno 1779. die 6. Junii ad Capellam S. Vendelini in superiore pago sine penae cremum, novam exelsum ac benedictum fuerat, sed cum ob nimiam ab altero pago sine distantiam, pluvioso praesertim ac intoso tempore difficilis ad illud accessus fuerit, ac etiam adinventum sit, propter latentia saxa serobes ad debitam profunditatem fodi non posse, neglectum iterum & a tergo veteris caemeterii extra muros Anno 1784. die 24. Nov. novum designatum est.

Eremitus ad Capellam S. Vendelini hoc primum Seculo privatim indulta per duas mulierculas colebatur, quarum postrema Maria Crescentia Kessia ex

Silesia oriunda Virgo, postquam hanc eremum ab initio annis incoluisset, hoc anno 1789. pie, uti vixit, extrema jam senectute fatis functa est.

Habent Senquiczienses, quo fortassis prae multis aliis etiam antiquioribus locis gloriari possunt. Vitis Senquicziensis etiam apud externos, Industria colonorum domesticis scriptoribus celebrantur. Sed & Viri hoc loco orti sunt, quorum alii muneribus publicis in utraque republica gestis, alii scriptis editis, loco natali, & sibi aliquam celebritatem conciliarunt. Laurentius Ferencsi jam initio Seculi XVII. Ferdinando II. a secretis fuerat; quam praecclare Matthias Kovachich de Rege & Patria meritus fuerit, patet ex Diplomate Ferdinandi III. quo avita illius arma auget, nobilitatemque confirmat Anno 1647. die 3. Junii. „ Tibi, inquit, fideli nostro Egre-  
 „ gio Matthiae Senkviczzy de Eadem, Camerae no-  
 „ strae Hungaricae concipisae salutem, & Gratias,  
 „ Clementisaeque nostrae Caesaresae, ac Regiae con-  
 „ tinuum erga te incrementum. — Quando itaque  
 „ benigne consideramus tuam Matthiae Senkviczzy spe-  
 „ ratam vitae, morumque integritatem, insignes-  
 „ qua animi & ingenii tui dotes, praecipue vero  
 „ praestantis, & utilia erga Majestatem nostram,  
 „ sacraeque Regni nostri Hungariae Coronam di-  
 „ versis vicibus, & occasionibus fideliter praestita  
 „ servitia, potissimum autem servente fidoissima  
 „ rebellione Rakociana, saevientibusque eorum in  
 „ hoc Regno nostro Hung. intestinis tuncultibus,  
 „ dum ad latus Abligati nostri ad Principem Tran-  
 „ sylvanicae Rakocsum cum plenipotencia, pacis  
 „ componendae causa per Majestatem nostram ex-  
 „ pediti versararis, diversisque vicibus per eundem-  
 „ met Abligatum nostrum ad nos, & vicissim a  
 „ nobis ad illum in secretioribus negotiis, non si-  
 „ se manifesto plerumque vitae tuae periculo dies,  
 „ & noctes per medios hostium cuneos & exercitus  
 „ expeditus es, quas tibi commissa fuerant, non  
 „ minus cum insigni dexteritate, quam cum omni  
 „ laudabili sinceritate, fide, & Zelo ad benignam

20 adolescentum, ne exorbitent, studium, hinc &  
 21 in mores, cura. Adesse eis, dum conveniunt,  
 22 & suffragari cogitur, quoties inter se ipsi, de  
 23 quapiam re constituunt. Moris enim apud eos  
 24 est, permittere juventuti concilia, regemque suo  
 25 sus gratia, in biduum delectare, ex suorum  
 26 contubernio. Et Iudo, *Martyrum* Innocentium  
 27 dies, destinatus est; Praefectus autem, mutatur  
 28 in *Paschate*; reliquis vici maneribus ad *Calendas*  
 29 *Januarias* instaurari soliti. Sigillo, tres exprimi-  
 30 munt cruce, *Servatoris* unam, eamque paullo  
 31 eminentiorem, in medio, duas humilliores, utrin-  
 32 que cum latronibus, unam cum *hura* a sinistris,  
 33 a dextris alteram, cum sole irradiante, adstan-  
 34 tibus infra, *Maria* *Matre* *Domini*, *Maria* *Ma-*  
 35 *gdalena*, *Maria* *Cleopae*, *Maria* *Jacobi*, & *S.*  
 36 *Joanne* *Evangelista*; quo circumdantur litteris:  
 37 **OPPIDI SENQUICE.** Magnam gens ipsa,  
 38 industriae laudem habet. Neque paucos produ-  
 39 xit Viros in publicum utiles. Viget adhuc *Fe-*  
 40 *renczorum*, & *Senkviczorum*, memoria; quorum  
 41 ex illis, *Franciscus*, **FERDINANDO** II. a  
 42 secretis; ex his *Matthias* *Strigoniensis* *Canonicus*,  
 43 *Orodianus* *Praepositus*, & *Judicum* *ad* *Tabulam* *Re-*  
 44 *giam* *alsessor*. Hinc etiam *Matthias* alter, ser-  
 45 vicio *Regis* *Pragonensis* a consiliis, & complures  
 46 alii, prodierunt. Nunc, tametsi multi egeni sint,  
 47 neque domi angusta, tamen, ducuntur adhuc  
 48 ingenita sibi ambitione. Id, virtutis non minus,  
 49 quam vitii in eis iudicium.

Utrumque *Senkvicz* ab exordio sui cum terreno  
 pertinebat ad arcem *Bozin*, cum autem *Domina*  
*Bozin*, & *S. Georgii* semper ab antiquis jam tem-  
 poribus conjuncta sub hisdem possessoribus fuerit,  
*Senkviczium* quoque hisdem parebat *Domina*, re ve-  
 ra directo jure, ac *Domino* *Fisco* *Regio*, sed pi-  
 gnoratitio, aut arendatitio semper privatis, haec  
 saepe mutatis, ut *Fuggeris*, *Seredis*, *Salmis*, *Il-*  
*lechsis*, *Odroeschis*, *Dietrichsteinis* subinde duo-  
 bus eodem tempore, ut *Anno* *1784*. *Dietrichsteinis*

53  
& Illesházo, cujus utriusque ex parte diversos duos Judices habebat, unde fortassis consuetudo remanserit, ut deinceps etiam gemini eligerentur uti Belius commemorat, quae exoleverat, sed nuper iterum ita revocata est, ut alter *Regius* esset, alter *Dominialis*. Postquam tandem hoc, quod vivimus Seculo Dominia haec, & cum illis utrumque Senquics in haereditum illustri familiae Pabfy jure perpetuo translatum est.

Incolae Senquicsienses alii liberi sunt, qui nimirum fundos a familia proprietaria Inscriptionis titulo redemerunt, alii Coloni, alii denique Inquilini, posteriorum utriusque alienas etiam, praesertim extraneorum assument colendas vineas, quo fore uno modo, praeter pretium vini, frumenti quoque, quo ipsi carere possunt, venditi, paratam Senquicsienses lucrantur pecuniam. Anno 1731. animae Confectionis capaces in Nagy-Senquics 386. in Kis-Senquics 113. numerabantur, hoc Anno 1789. in Nagy-Senquics domus 113. animae 664. in Kis-Senquics domus 43. animae 350. simul itaque domus 166. animae 914. numerantur omnes Catholicas religionis, quibus omnibus unicus rem divinam administrat Parochus.

Ecclesia parochialis ex vineis potissimum suos habet proventus, quarum tredecim jure testamenti per fideles Incolas sibi pie transcriptas possidet. Narrat Gabriel Kolinovics in vita sua Anno 1731. 18. Maji se cum Plebano in Parochia computum habuisse, atque comperisse ab anno 1715. usque 1730. inclusive, proventus Ecclesiae ad 10973. fl. 19. 1/2 d. erogationem vero intra idem tempus ad 10963. fl. ascendisse, unde proavis est colligere hanc Ecclesiam fidelium pietate, quantum satis est, proventus dotatam esse: sed & Parochorum non mediocri fuerat conditio, praesertim, qui propriae etiam oeconomiae aliquam curam impenderunt; habent sibi proprias & vineas, & agros.

Senquicsienses multiplicibus saepe calamitatibus afflicti fuerunt, subinde communi sani sterilitate,

27 nostram satisfactionem executus esses; sed postmo-  
 28 dum etiam composita per Dei Gratiam cum prae-  
 29 memorato Principe Rakoczio pace, postquam  
 30 pro effectuatione pacatorum certam commissionem  
 31 ad superiores Regni partes instituissemus, eidem com-  
 32 missioni adscitus, in occurrentibus negotiis & ex-  
 33 peditionibus fidelem, industriam, ac diligentem  
 34 agere Secretarium promerereris. Ob quae, &  
 35 alia tua merita praecipuorum fidelium nostrorum  
 36 testimonio demisso commendata clementer judica-  
 37 vimus, quae Caesarea, atque Regiae Munificen-  
 38 tiae nostrae Gratia decorandum susciperemus. Mo-  
 39 tu itaque proprio, animo deliberato, ac de Cae-  
 40 sareae, Regiaeque Potestatis nostrae plenitudine  
 41 & gratia speciali, te Matthiam Senkvicsy, ac  
 42 per te fratres tuos carnales & uterinos Joannem  
 43 videlicet cum filio Martino, & Fabianum, Fran-  
 44 ciscum, nepotemque vestrum Nicolaum haecenus  
 45 KOVACHICH cognominatos, sed in posterum  
 46 cognomine tuo, alias per te, a natali solo vero,  
 47 & Possessione Arcis nostrae Bazinensis Nagy-  
 48 Senkvics vocata assumpto SENKVICZY cognomi-  
 49 nandos, haeredesque & posteritates vestras  
 50 utriusque sexus universas DEUO ad nomen,  
 51 numerum, ordinem, gradum, & dignitatem vero-  
 52 rum nostrorum, & Regni nostri Hungariae, Par-  
 53 tiumque & Provincialium, adeoque Regnorum  
 54 ejusdem Sacrae Coronae subiectarum Nobilium  
 55 adscribimus, asserimus & assumimus - - - dici,  
 56 numerari, haberique & reputari volumus & man-  
 57 damus statuentes, & praesenti Privilegio no-  
 58 stro Caesareo, Regioque expresso decernentes,  
 59 quod tu Matthias Senkvicsy, cuique supra nomi-  
 60 nati - - - veri, & indubitati nobiles a quatuor  
 61 avis paternis & matris geniti & procreati - - -  
 62 Ut autem ista nostra Gratia, tuaque & tuorum  
 63 supra nominatorum - - - nobilitas omnibus pe-  
 64 lam fiat, antiquae tuae arma, sine nobilitatis insi-  
 65 gnis, quibus haecenus uti solis sequenti modo va-  
 66 riata, augmentata, completata - - - in signum co-

lidae nobilitatis vestrae, una cum symbolo: VIR-  
TUS IN ADVERSIS PROBATUR de no-  
VO dandas, donandas & concedendas; augmen-  
tandasque & locupletandas duximus - - - pro-  
sentium per vigorem - - -

Diu adhuc deinceps Matthias, factus subinde  
ejusdem Camerae Consiliarius Regi & Patriae servi-  
vit, initio Anni 1675. satis functus. Alter Mat-  
thias Canonicus Strigon. cujus titulum superius me-  
mimus Bellius, geminas domus altarificas eleganter  
extruxerat Tyrnaviae, quarum uni hanc Epigra-  
phen in fronte inscriptam aliquando legisse memi-  
nimus.

*Strigonis Matthias has Senquiccius aedes  
Fratribus erexit, postulat inde preces.*

Franciscus Senkvicz Anno 1668. in officio Ca-  
merali mortuus, Thomas filius Matthiae usque ad  
initium praesentis seculi fuit S. C. R. Maj. Tricesi-  
mae Galgocziensis, & Bavorum Fiscalium Episcopatus  
Nitricensis Commissarius, & Administrator. Michael  
denique nuper adhuc aetate nostra Tyrnaviensis  
Tricesimator. Univerſim, qui extra solum natale  
publicis aut Regiis serviitiis addicti erant, novum  
hoc Senkvicz nomen elegerunt, et qui domi reman-  
serant, pago in proprietatem privatam a Camera  
translato, & novo nomine, & vacuo Praedicate  
prudentes abstinerunt, atque pristinum Koverchieſ  
retinuerunt, tunc ita se & avita jura, & loci Dy-  
nastarum benevolentiam pauperioribus nobilibus sem-  
per necessariam conservare possent.

Nunquam inter Senkvicenses deerant, qui di-  
sciplinam scholasticam probe imbuti partim in statu se-  
culari diversa privata & publica officia gererant,  
partim vitam clericalem aut monasticam amplexi,  
sive inter ingenii, dexteritatisque laudem consecu-  
ti sunt, quorum adhuc hodie complures nume-  
rantur. Sed ea peculiaris hujus loci praerogativa

est, quam Illi & Bellus, & Korabinskus suo merito ex parte tribuunt, quod complures Viros editis in lucem eruditis operibus celebres suis in Falsis numeret. Dabimus eorum praeceptor, neque enim ulro minutura persequemur, ne, dum locum natalem justis encomiis ornare audemus, lettorum benevolentia abuti velle videamur.

I.) *Joannis Jemicii* sive *Jemicus* paulo post initium Seculi XVII. Parochus *Senquicziensis*, cujus superius meminimus strenuus aetate sua Theologus *Polonicus* edidit sequentia opuscula a).

*Joannis Jemicii, Parochi Senquicziensis Praeceptorum Apologiae Solacensis conciliabuli, & Hyperastrophes legitima Apologiae Cardinalis Francisci Forzsch Archiepiscopi Strigoniensis* 1610.

Quod opusculo hoc sit magnam sensationem excitaverit, patet ex eo, quod mox adveniarium nactus sit, qui refutationem edidit sub titulo.

*Petri Perchii Ministri Ecclesiae Treitwaldensis, Martini Perchii Papistici adversus Apologiam Solacensis Synodi editi Id est: Refutatio errorum, Calumniarum & mendaciarum, quibus Protestantibus scriptor quidam Pontificus sub Joannis Jemicii nomine allatravit. Cassoviae 1611.*

a) Disputent quantumvis Bibliographi patrii de vero Autore horum opusculorum, dubium inde solum originem trahere videtur, quod P. Perchius eum appellat scriptorem quendam Pontificum sub Joannis Jemicii nomine. Sed cur se tam diserte Parochum *Senquicziensem* nominasset in fronte libelli in vicinia editi, nisi re ipsa fuisset, nam altero ibi existente, ut insolitum ita putidum id quidem futurum erat. Demum tamen sibi Jemicii esse nomen, ac quod *Senquicziensem* Parochum se praeferat, id quidem argumento est, locum jam tum haud obscurum fuisse.

sed non eodem anno Jemcius eidem respon-  
dit, edito alio opusculo:

Logi elogi; quibus Bepes Calomorphellae  
Pencilum Papporum Solensis Conciliabuli, & Hy-  
peraspiten legitimas Apologiae vellicant; veritatis  
salis obruti. Joannes Jemcius P. S. scribet.  
Posonii 1612. 4. quae opuscula Tyrnaviae sub  
inde reimpressa sunt.

2.) Autor, quodam veteris Daciae (vel alie Dae-  
ciae.) P. I. Salzer partem operis sui hic scrip-  
sit; cum ante aliquot annos Istriae confederat.  
Vid. I. M. Korabofsky G. H. und Produktion  
Litteron von Ungarn v. Schentwig

3.) Longe majoribus velis, licet forte minus,  
quam promeritus fuisset, adspirantibus ventis,  
provocatus est in litteraturam illustris Vir Gabriel  
Kalinovic ab natali loco suo Szyniczkyis di-  
stans, popularis & amicus noster, cujus aunc  
viam, facta, scriptaque ac memoriam calamo,  
grati animi affectu ducendo dabimus, persolu-  
turi plis manibus partem aliquam beneficii,  
quo de communem patriam honore, & not-  
dum viveret; amore litterarum affectu, quae  
elementa sicut pedes illius eruditus sum fuisse  
verissimum patris legi.

---

# SECTIO II

DE

## VITA, FATIS ET SCRIPTIS GABRIELIS KOLINOVICS SEN- QUICZIENSIS.

---

**Q**UONIAM & hodie usaverit, ut complures eorum, qui personam aliquam in hoc seculi theatro pro modulo suo gessissent, ipsi vitas suas seriem litteris consignarent, fecerunt id alii, ut fugienti memoriam subvenirent, atque posterora prioribus scite notarent, ne diverso tenore domesticae res decurrerent, parum solliciti, quid inde illi fructus deciperent, sed alii velut posteritati gestarum suorum rationes redditari, nullis domesticis ea tantum perpetuo nexa vulgerent, quas ad vitam socialem aliquatenus refererentur; non id semper inclaroscendi studio, quo enim providere potest, in quam partem relata, per alios accipiende sint, praesertim quam nulli aetati sui defuerint obtrectatores, sed ut vicissitudines vitae humanae, singularium personarum varia sorte clarior ob oculos poneretur; quod si plures observassent, non erit opus tot Romanorum Fabellarum ultra veri speciem conditarum, quibus vita humana forma magis adhuc similis edingeretur, & ab imitatoribus non ad normam rationis, sed eorum exemplar exigeretur.

Gabriell Kolinovic, forte Natalium, praeter vitam nobilitatem, cum tenui admodum, vix primae educationi successura hereditate nihil prorsus obtigit, sed a natura paulo benigniore praecipue animi

corpulentus doctus infreque, a fortuna, cuius se  
 vel nihil unquam debuit, semper licet erga se no-  
 veris, improbe labore, quod necessum erat, au-  
 toris, neque cupiditatem sanarum limites circum-  
 scripsit. Cum vero illi nec sorte, neque fortuna  
 aliqua, in hac rerum scena gerenda, persona obti-  
 gisse videretur, ipse solus naturae munere fretus  
 campum sibi designavit, in quo hanc vitam non  
 plane laetioris decurreret. Huius, ut sibi probe  
 semper conscius esset, atque, ut rei quoque do-  
 mesticae, oppido angustae quidem, rationes sibi  
 semper constarent, praecipua vestigia litterae con-  
 signavit gemino conatu, alterum *Vitae suae Chro-  
 nicae*, alteram *vita & Geisae* inscripsit, de quibus  
 in recensione Operum illius paulo uberius agemus;  
 neutram quidem eo sine posteriori reliquit, ut ali-  
 quando typis vulgarentur, sed nec ita saeci fontes  
 sunt, ut non saltem rivall' sit limpidi ex illis in pro-  
 peculum sacri possint. Illis nos quoque, quantum  
 hoc loco expediat iure quodam amicitiae delibebimus  
 et cum ab anno, ut minimum 1734 iam Armatoris  
 rationis, memorisque computos usque 1770 Ger-  
 brielle emortualem Viro meritissimo, partem etiam  
 latine amicitiae nervi adfricti, convixerimus, de  
 nostro etiam, quod probe scimus, neque ipse gra-  
 via ac modestus de se praedicare volebat, cum re-  
 rucitate, quam cineribus ejus dithamus, penae ad-  
 jiciamus, atque ita sine integre praecipua vitae illius  
 capita compendio absolvemus.

## CAPUT I.

DE

### VITA GABRIELIS KOLINOVICAE.

**G**EROS Gabrielle continentem cum Scaquialand-  
 bus popularibus originem ex Croatia dicit, ubi ad-

huc statorem illius posteris, sibi jura laudibus, pene igo-  
 noti, partim sub Hungarica dominatione, partim sub Jago  
 Turcis superant *Paulus, Gregorius, Caspar, & Mar-*  
*tius Kollinovicz*, subinde *Kollinovicz*, aut *Gallinovicz*  
 coevle, veteris expressi, natus, ut videtur, ex Croa-  
 tia Senquilecium migrantis patris illi saeculo XVII,  
 usque ad finem ac ultra ibi convivorans; ex illis  
*Joannes Georgius Matthias & Nicolaus* orti sunt.  
*James & Georgius* Anno 1624 die 17. Dec. a  
 Ferdinando II. Imp. & Rega Nobilitate preroga-  
 tiva iterum obtinuerunt. *Joanni Filio* Jidem *Joan-*  
*nes & hunc* *Imratus* fuit, ista accepta in Conju-  
 gium *Helena* filia *Joannis Methovicz* per suam domi-  
 num in possessore *Carlo Nic. Bonice* in sexu vi-  
 rili deficientis, constituti, ac similiter masculo, An-  
 rede defuncti semet stabilivit. Ex *Laurentio* natus  
 anno 1639. 18. Aprilis *Georgius* primum Matrimo-  
 nium inerat cum *Barbara Kromhuber*, sed ea 1657  
 17. Mart. mortua, hic ex *Barbara* filia *Martini*  
*Rufes & Barbarae*, conjugis ejus Anno 1663 a.  
 Jan. nata & Anno 1688 a. Jan. in conjugem ac-  
 cepta, suscepit *Helman*, Anno 1689. 16. Apr. *Bar-*  
*baram* 1691. 24. Maji, *Martium* An. 1693. 11. Nov.  
 sed An. 1695. die 6. Jan. mortuum, quo ipso Anno  
 die 11. Nov. nata est *Margareta*.

Quintus denique ac postremus prolium *Georgio*  
 nascitur *Gabriel Kollinovicz* Anno 1698 die 24. Martii  
 post Dominicam *Palmarum* hora 2. Mat. eodemque  
 sua natalitatis die mediantibus sacri baptismatis undie  
 Ecclesiae *Christiana* incorporatur per *Petr. Paul. Primo-*  
*scs. Plebanum* loci sponsoribus *Nic. Domian*, & *Helena*  
*Biskupis*. Cur autem ceteris Senquilecionibus in-  
 uisatum *Gabrielis* nomen accepit, ita evenisse di-  
 citur: *Laurentius Kollinovicz* Avus, vi octogenaria  
 major caligantibus ab oculum oculis jam ante, cum  
 cum jam *Gabriel* in utero *Matris* gestaret ad su-  
 lutionis Angelicas pulvis stans genibus a) ple-

a) Laudabile in simplicitate Senquilecionum con-  
 stitutum est, natusque & respectus pater

quibus dicitur hinc additis: *Miseris Domini Gabriel*  
*veniente &c.* unde parentes in memoriam certe illi-  
 bus pietatis promovere, & inter masculam salutem  
 esse profem, non aliud, quam Gabrielle nomen illi  
 dandum. Factum est autem, ut eo 17 Jan. mortuo  
 ipso die 23 Martii Gabrielle Archangeli festo in hi-  
 em prodierit mater, absente patre, atque tunc  
 hoc illi seipsa imponeret; unde omnia Rollinovi-  
 vice cognomina non nisi Gabry & popularibus no-  
 minabatur.

Linguae vero destituebatur ultra triennium, quam,  
 cum vinculum quoddam impedire crederetur, pa-  
 tris Medici manu hic, certe resuscitandum fuit, sed  
 et postea blattis linguae vitium improbo rorem  
 corrigere ipse debet, & in fructu quoque ac-  
 ditatis aliquis in eloquio illi schaeftit, cum ad pro-  
 ferendas extra vitium articulas voces momentum  
 aliquos temporis singulis interjicerit, ne, ubi lan-  
 guis istud esse debebat, ne sermonem penitus abi-  
 ruptis videretur, vocibus *Utsch* interferuit, quae  
 etiam in exercitiis sermonis adhibere saepe solebat;  
 res istas apud populares in proverbium abijt,  
 cum alicui linguae tarditatem objiterent.

Anno 1769 veritas forte peccator gravissima subleto  
 incommode cum periculis non minus, quam ope-  
 rate lactat. Meta Kuruzonum sub motibus Ra-  
 kossicis Gomo petras cum imbecillioribus illis  
 Senquialentibus profugus jam Modras, jam inter  
 vicinas hinc montes latitat, quo calumnias Anno  
 sequens ad perniciem increvit, dum aedibus po-  
 ternis ejectus, ereptusque per seditiones omni sub-  
 stantia cum parvulis anterioris incertis sedibus ja-

---

stis gaudis perfolvere, et insuper, dum ad  
 laborum raris proficiantur, ludam vacare; col-  
 ligunt atque hinc nonnulli eos haud quaquam  
 meritis pollicibus excubos, Illuminatque esse  
 sed fallax, & ab hac parte Augustissimum non  
 sustinet.

Abster. Injuriarum ejusmodi, per alios licet, haud immemor, cum per totam nulli alius vicium usque posset, aliam quaesivit vindictam, dum Caesarensis Polesium ac in Insulam Chlontie proficiscentibus Rakaczanorum Insidias probe antea observatas instantia detegit, id iuratus, ut hostibus paulatim retrahere locum quidem natalium, non tamen domum paternam per tumultuantes habitacioni ineptam redditam, reperire posset. Hic apud Matthiam Zagajacs alias Czigancis dictum, cognatum suum, loci cenopolam meritis maxime suo dapere Vini, cremati, Carevisisque usum edoctus est, non ab infantis melancholicas complexionis obnoxius, omnem inebriantium liquorum potum abhorruit, ac haecenus abstemius vixerat.

Remittente aliquantum his in partibus belli civilis serore Gabriel a petro Anno 1707 prima literarum edocetur elementa, quibus cognitis, ad Scholam trivialem loci missus, ejus moderatori Georgio Koblesch ubertus encolendus traditur, una vero a Joanne Ledice arce ministerio imbutus, quod deinceps quotidie tam constantur ad eam neque suavitatem obibat Gabriel, ut nullam occasionem vel sponte, vel incuria negligeret. Ab eo tempore, quo studiis ac muneribus factis relicto domi stabilem cepit mansionem, quotquot Benquiescenti Scholae triviales edivinas, omnes Sacerdoti rem divinam facienti ad artem ministrandi methodum ab illo edocti sumus, a quibus tamen suorum etiam se nunquam excludi passus est, etiam paulo factus Sacerdos jam ad artem conquirens advenisset, sed ac in locis vicinis, dum occurreret, id munus sibi vendicabat.

Anno sequenti 1708 crescente Mense Januario Mediam federum causa missus apud Benedictione loci clare literaturae discit principia Magistro Adalberto Rovnai ejusdem ordinis presbytero. Hic apud loniam civem hospitatus, diu die voral jejuni carnes manducare cogitur, id vero simul ducunt toto vitae suae tempore, vel invito Kolinoviano accidit, qui religiosus legum omnium ab infantis observator,

se per levitatem quidem juvenitatem ab eorum rigore  
 unquam distulit, longe ab indolis matutinae juveni-  
 tudis diversus.

Anno 1709 a memoria hominum asperissima serotina  
 hic hiems. Gabriel unica testis tunicella transfertur  
 ad Civitatem S. Georgii apud Claros Regulares de  
 Scholis suis continuaturus Audia, absoluteque prima  
 Classe, quam majorem partem illa aetas appellabant  
 Magistro Philippo, post serias autumnaliteram, P. p-  
 cipis; sive primam Grammaticae classis inchoat Ma-  
 gistro Bernardo ejusdem instituti, clerico, quam Anno  
 sequenti 1710 ad Pascha solum continens, ne vero,  
 quod metuebatur urgente fame minorum in Scolis se-  
 curus progressum, se ob id nigre necaretur cuncto  
 inde Polesium transiit in Residencia Jesuitarum ad  
 templum Collegium eodem persequitur Audia Ma-  
 gistro Georgio Pacho S. L. non invalescente peste  
 contagione die 21. Julii festo Divae Mariae Magni-  
 lence Scholis praesentare ante serias autumnales  
 distulit, rursus S. Georgiam repetit, neque tamen  
 a Magistro Bernardo ad Scholas recipitur, eundem  
 Alimento solito destitueretur; itaque cum Peshall,  
 Tyrnaviae, Medrae vicinis in locis, ubi cum Scholis  
 habebantur, peste grassaretur, natalis solum repetit,  
 ibique, ne quid temporis negligeret, per Boovun-  
 turam Starces Franciscani Instituti Sodalium, cognov-  
 tum suam latuitatis elementis tantillum excelsit,  
 se per otium nomine judicis pegunda licentia sibi  
 passus, tempore contagionis peregre proficiscentibus  
 necessarias scripsit. Agebat ita his usque diem 1.  
 Martii 1711 quo ad Scholas Grammaticas Norum S.  
 Georgiam profectus, eor usque ad instanti-autumnal-  
 em iterum Magistro Philippo jam Presbytero non  
 interrupte continuabat, se licentia capite thessali  
 tempore ipse die ultimus S. V. M. festo, ejusdem  
 sedulitate sub titulo Annuntiationis marie festo cum  
 2 Scolis edidit. Post inchoationem huiusmodi  
 Anno 1707 natalis festo S. vel praesentibus, deinde  
 contagionis sui incensus, brevi tempore in cunctis  
 Scholis de habuit successus, suis praesentibus

hujus anni iusto plus abusus, advertit domum hanc,  
& valetudinis, & morum ruinam secum trabentem  
studii quoque litterarum obesse, sodalis itaque jam  
Mariani officio altiore mente cum imminenti bus pe-  
riculis collatis pensatisque, die prima Novem-  
bris omnium Sanctorum ritu Ecclesie Catholice  
Recolendae memoriae dicata Vini haustu sponte se  
abdica vit, ne Sabbatha Iasaper omnia in pane &  
aqua transigere constituit, more suo constanti adeo in  
hoc suo proposito futuro, ut tota sua vita deinceps  
nunquam illud violaret, nisi postremis diebus ad sus-  
tentandas vires Tokalensium medicinae loco usus.  
Finitis feris Scholae S. Georgienses adit, supremam  
Grammaticae classis, quam Syntaxim appellabant,  
frequentatur Magistro Bernardo, & Philippo, sed  
quod Regali Comitia pro peragenda Regiae Corona-  
tionis solemnitate Personarum iudicia esse subaudisset,  
ut ritum proprius spectare possit, Anno 1712 eo con-  
cedit, idem studium Magistro Antonio Yanoski con-  
tinuatur, ubi tunc illustri profectio oriundas com-  
plere nactus est condiscipulis, ac hoc inter etiam  
Nicolaum Paisy Croatiae Bani filium. Die 22. Maji  
cum Carolus VI. nobis III. neo coronatus Rex in  
campo consisteret, Gabriel hic quoque omnia specta-  
tus ausu juvenili maxima cum temeritate per in-  
conditam hominum turbam usque ad ipsius Regiae  
tentorium penetret, Absoluta dein Syntaxi ferisque  
autumnalibus evolutis Poesim frequentatur rever-  
titur, sed vix una expleta hebdomada summa grassantis  
Pestis conterritus ad Scholae S. Georgienses rever-  
tatur Magistro Francisco, & Josephino jam Presby-  
teris Synt, deo repetiturus, quod ibi ultra haec nihil  
doceretur, ubi 1713 procedente Saera Pentecostes  
saeta hebdomada obessu a Constantino Scholarum  
Praefecto arreptis libris e Schola se proripit, ne  
frustra revocantibus Patribus Scholarum Plerum vi-  
vitatem decessu in patriam se recipit, ubi cum pa-  
ter ne quidquam ad proseguendam Syntaxim daret cer-  
tulae filium repelleret, ad obvianda villa quaevis do-  
mas ministeria cogit, & Anni iudicia namque per

pulsibus Scholae liberatae expedit, illorum non  
tam datis libere studiis, quam litterarum amore  
facillime dantis animalibus fruis, unumque de  
absolutis sive Testimoniis: quod noster alio loco  
post se reliquit interuallum, Tyranniam debuit, & pro-  
fessionem scriptis iuventutis atque in sodalitates Ideni-  
culano Conceptionis B. V. M. receptas, Officia  
B. V. & S. Abzili constantino Petroni inter quosdam  
nos reperit prope, tota vita sua vel e membris in  
linere aut tenebris recitare. His Poetae Magistro Phi-  
lippo Rauh inchoatam, sequente 1714 absoluit, &  
elapsis feris autumnalibus reversus Petro Miel Pro-  
bitore Professore Rhetoricam edidit, quam Anno  
1715 etiam absoluit, ac cum encomio testimoniali-  
bus licentia inserto, ut dicitur decessit, quod mi-  
nistria Pallas in publico honore specto praesentis con-  
dereret. In Poetae compendia multum emittit, et  
ram aetati suae scellitatem in pinguendo verba inge-  
niosa nactus, uti poemata eius, quorum partem se-  
lectam reliqua valcano tradidit inter M. S. seu sub  
titulo: Invenitur animi lapsus retinuit abunde testi-  
var, sollicita universis in studio litterarum progressus  
sicut vehementer temperantibus praedictis continen-  
valetudine non frueretur, sedque in illo contagio-  
se, alioque temperum vicissitudinibus interturbato-  
tur, precibus ad Deam sanctae Christianae Genitricis Vir-  
ginis interpellationi sanctae compendia debere, sicut  
etiam gloriam scilicet. Absoluit Humanioribus lico-  
ris, quae Schola Rhetoricae tam quoque des-  
tinetur, merito erat iuventutis, ut de eligendo  
vitas sua deliberaret, & qui forsitan eodem vi-  
tam prosequi volebat, studio Philosophiae, non  
nulli Juriam quoque prosequeretur, ut illi qui vel Ec-  
clesiasticam, vel monasticam vitam elegerunt, apud hoc  
sunt superiores sub Alternat, ut inclinationem, habilitatem  
tamque sicut implerenda essent. Gabriel, qui me-  
jorem studiorum partem apud Clivum Scholarem Pae-  
tam absoluit, haecque capitula magis fuerit, atque in  
Museum, tamen prope reversus, per Salskianam

positum Vices - Provinciale; ita eadem tum adhuc Provincia eorum Polonica juncta in Hungaria regebatur, receptus die 21. Nov. 1715. aetatis 18. festo Praesentationis B. V. vestis Piaristarum induitur, retentoque nomine *Gabrielis ab Annuntiacione B. V. M.* pro more Ordinis Prividiae Tyrocinium occipit ductu Georgii Patris Spiritualis, sed cum gravissima perpetuo consistaretur valetudine, communi Patrum consilio sequentis anni 1716. die 11. Maji vestem religiosam exiit, & ex ordine dimittitur, ejusque Curru Tyrnaviam usque delatus, ad proprios lares inde revertitur, ut tantisper, tam a morbo convalesceret, quam de eligendo futuro vitae statu altius deliberaret. Vix restituta valetudine spontaneam sibi facit legem, quadragesimale jejunium verum uno duntaxat diurno cibo, nunquam ante 4. horam postmeridianam sumendo, nec nisi distant, us occurrat iter, etiam per non adequate saturum repetendo, exigere, quam sponte quidem nunquam violavit. Sed & septem praecipuis Deiparae festis conscientiae noxas coram sacro tribunali ponere, paneque coelesti refici ab isto tempore consuevit. Mox Posonii primo Francisco Herold, ac dein Tyrnaviae Franc. Ladisleo Mednyansky, utrique Canonico servitia nequam diuturna addidit, quod ubique memoratus Constantinus Piarista Gabrieli, quod se Imperio ejus in schola subduxisset, ultra, quam Virum religiosum deceret juveni infensus, fortunae tantillum subvertit. Viris altioris ordinis Ecclesiasticis, nomine Ephorum servire, ne nobili quidem juventuti apud nos indecorum habebatur, & Kollanovic id quidem tanto alacrius interim assumeret, quod domi torpescere nollet, hic vero plurimum otii, oportunitatisque litteris vacandi nascisci posse videretur. His tamen, ut providebat a primo tentamine, haud ex voto successuris, neque fixum vitae genus, ad quod illum res angusta domi compellebat, promittentibus, fortunam paullo liberaliorem anno 1717. die 14. Aprilis apud Michaelem Sipeky, Virum nobilem, inter

Inter Senatores Civitatis Tyrnaviensis, aetate alius eminentem, univerforum simul Comitum Joanni Palffy Bonorum cum plena potestate Praefectum nactus est, solido quadriennio illi Scribae officio honestissimo praefiturus, atque vicinia apud eum liberaliter habendus, nec nisi die 14. Aprilis 1717. cum encomio dimittendus. Hic scilicet Gabriel initium laborum, quibus tota dein reliqua vita, pene sine pari exemplo, vacabat, scribendi nimirum & multum, & celeriter. Haud facile unquam alius vita sua comite tantum chartis conscripsit, quantum aetate sua Kolinovic, quod ex dicendis deinceps liquido patebit. Primum omnium *Urbanis* praefati jam Comitum in ordinem reduxit, & conscripsit, dein iterum anno 1718. *Urbanis* Dominiorum *Bosniae*, & *S. Georgii* ante saeculum conscripta pro usa Comitum Bani describit, eodemque anno Abillendae valetudinis causa omni recentium fructuum usa abinet. Circa initium Novembris *Cerevisiae* quoque usum, quem haecenus adhuc retinebat, deserit, nullo deinceps alio, quam solius aquae limpidae potu fruicturus dum vixerit. Anno 1719. sobreviente acerba fame, iterum novas *Dominiorum Bosniae*, *S. György*, & *Vürbök* suscipit conscriptiones, quas *Opuscula* Tomo quadripartito sub titulo *Palas Passians* comprehensa, etiam pro se, amicisque suis memoriae causa descripsit. Sequente anno 1720. nullum grandius opus Gabrieli perficiendum obtigit, tanto plures vero labores obvi, quos inter gemina frugum *Dominialium* in campis sub siti & aestu connumeratio, ut adeo non importune sibi notum illud ingeminaverit:

*Malta tibi, scripsitque pro, sudore, & alit.*

Exacto ita quadriennio, die 14. Aprilis 1727. honorifice a *Sipekio* dimissus, atque domum rediit aliquo tempore *Senquicilii* quiescit, & interarias conditiones obire cupiens die 3. Nov. a *Paulo Orban* *Judice Nobilium Comitatus Poson.* civitatis nobilitatis testimonium obtinet. *Mo* anno sequente

1712. Tyrnaviam iterum concedit, & apud Joannem Pulay Capituli Strigon. & Comitatus Poson. Notarium Michaelis Sipeky nuperi principalis sui generum Amanuensis munus suscipit, ubi, praeter 120. expeditiones Capitulari Protocollo illatas, 63 petentibus extradatas, describit pro usu suo opus *Pulay cum Atea* duobus Tomis distinctum, quorum primo *Cynosura Joannis Kaymanni*, altero diversa Jurisperitorum Opuscula continentur, quod subinde Francisco Balogh Josepho Comiti Eszterhazy a Secretis, muneri dedit. Sed exorta propter *taxam experientiae*, quam sibi competere existimabat, controversia illiberalius habitus die 25. Iulii Pulayum deserit.

Senquiesimum itaque redux rei familiaris rationes in ordinem redigit, atque anno 1723. aetatis 26. cum Juditha Martini Miletica, & Elisabethae Pazmany Apayensium filia sed orphana de matrimonio sponsalia contrahit; nata haec fuit anno 1703. die 22. Februarii in Possessione Apay. Atque hinc liquido patet vagabundum F. J. Sulzer in suo Itinerario anno 1782. cum summa Gentis Hungaricae injuria Germanice edito pag. 14. vel malitiosa calumniandi prurigine, vel crassa rerum, de quibus scribere volebat, ignorantia obcaecatum, de filiabus Gabrielis scriptis, eas originem suam a familiis Pazmaniana & Eszterhaziana jacere. Interim patre nuptiis repugnante valori sponsalium vitia quaequam Canonica opponuntur, easque inter & vicinus aliquis consanguinitatis gradus, sed quod iste non satis liquido evinceretur, neque Gabriel a proposito, cujus tenacissimus semper erat, recederet, brevi, sed nervosa usus apologia, obiecta impedimenta cuncta coram Paulo Spacz, Vicario Generali Strigon. ita diluit, ut ab eo facile, si quid lateret, dispensationem obtinuerit, cujus subsidio fretus, die 23. Maji hora 1. post meridiem, festo SSS. Trinitatis in Ecclesia matrice Possessionis Majszthény, benedicente Josepho Gracala, loci, & sponsae Parocho Matrimonium iust. Quo tamen conjugio nihil obstante die 18. Decembris Caspare

Farkas Generali Perceptorum Proventuum Comitatus Pofoniensis in *Pafata* Fédimes addidit operam, qua dimidium facile millionem bellico Caroli VI. Augusti Caesaris intulit aerario, Farkassio nil percipiente.

Religioni sincere additus, pietatem etiam adjicit sive adversus sortem, fortunamque novercani e coelo suppetias petiturus, sive vehementiores animi motus temperaturus, anno 1713. vernali jejunii tempus a die Cinerum, usque ad Pascha in pane & aqua spontanea mortificatione sui exigit, dein anno sequente 1714. consuetis in Ecclesia Catholica Sabbathi abstinentis simplex duntaxat, neque voti religione affectum jejunii observandi, quoad valetudo, temporumque ratio admiserit, addit propositum, nunquam tamen deinceps violandum, quod apud Gabrielem nostrum plus valere videbatur, quam apud multos alios votum solemne.

Eodem anno die 19. Jun. a morbo liberatus Rationes Officialium Domini Palmani volente sic Dynasta Croatiae Baho in censuram sumit, atque terminat. Anno deinde sequente 1715. exsolvendis parentum debitis ferventius intentus est, ut qualemcunque haereditatem ab oneribus expeditam aliquando adiret. Accidit vero, ut e popularibus femina ob suspicionem infanticidii ad judicem tracta, de vita periclitaretur, quam illi una cum fama integra, suscepta defensione conservat Gabriel. Adeo jam tum nominis illius celebritate increfcente, ut ob ingenii facilitatem, ac indefessos labores, cum ob fortunae favorem dici non posset ab officialibus Comitatus *Gellinse filius albar* passim appellaretur. Cum dein Regio mandato Nobiles semet legitimare deberent, primus omnium Kolinovics erat, qui productis Armaibus nobilitatem suam comprobavit, ac verorum, & indubitatorum Nobilium Catalogo Protocolli Consilii Regii Locumtenentialis Hung. inserendo sequentibus inscriptus est:

„ Siquidem Nobilis Gabriel Kolinovics Nagy-  
Senqulesiensis Armales Ferdinandi II. Imp. An-

no 1624. die 17. Decembris Viennae Austriae pro Ioanne condam Kolimovics, consorte Margaritha, filio Ioanne, fratre Georgio, & altero uterino Marco Gerbicsica sub moderna nobilitate Investigatione primum coram D. Judlium Joanne Balogh 20. Augusti, demum coram investigatoria Deputatione in Oppido Szempcz. die 12. Sept. anni currentis (1725.) ac tandem hodie (die 24. Sept.) publice in Generali Congregatione (Samarinae celebrata) produxerit, ideoque cum suo Patre Georgio, Sororibus Helena, Barbara & Margaritha Indubitatorum Nobilium Catalogo inscripti sunt. Super quo eodem die pro se, suisque etiam Testimoniales obtinuit Litteras. Eodem hoc anno curat pulvinar ex pelle, segmentis pellionum infartum, & ligneam sellam quibus deinceps tota reliqua vita solis domi usus est.

Ad latus Farkassii adhucdum versatus die 7. Jan. anno 1726. instante Censura ejusdem Rationes de annis 1724. & 1725. in ordinem redactas terminat, postquam in octennio sui Perceptoratus 1348274 fl. 96. den. incassaverat. Non mole solum laboris, sed etiam, ac imprimis scriptiois patientia se ipsum vicisse visus Gabriel, omnium admirationem excitavit, dum die 5. Jan. ab hora 10 ante meridiana ad tertiam noctis utrobique inclusive, adeoque 17. horarum decursu, non intermissa vel in momentum scriptioe poene totum opus mundi, & adeo, quod in conscribendis Rationibus difficilissimum, exacte descripsit, ut sub ipsa Censura communem applausum cum encomio publico tulerit. Domi interim parentis debita de proprio exsolvit omnia.

Quamvis Gabriel satis distineretur curis domesticis, non facile tamen occasiones neglexit, qua aliis quoque servire, ac in publicum utile aliquid praestare posset. Anno 1727. die 26. Jan. Bajmoczii, 14. Julii in Vürtskii celebratis sedibus Dominicalibus vocatus intererat Fiskalis munere functus, inde vix domum redux per Notarium Comitatus Tyrnaviam evocatur, ubi a die 28. Julii usque 13. Augusti Pro-

locallis Comitatus inscribit acta 50. Generalium, 8. Particularium Congregationum, unius sedis Restauratoriae a die 3. Dec. 1716. ad 7. Jun. 1717. celebratae ita, ut 17. dierum tempore 7. Libros seu 168. Phylleras chartae sub luce diurna absque candela pene quotidie 12. aut 11 tantillum additam diligentiae, 13. Phylleras incredibili scribendi patientia conscriberet. Interim in Apay die 14. Febr. hora 11. ante meridiem nascitur primogenita filia Susanna non diu victura.

Anno 1718. die 11. Jan. in Generali Congregatione Comitatus exhibet Baloghiano-Libanianam Conscriptionem cum summario Extractu a se elaborato una & supplicem Libellum intuitu relaxandae Taxae, cui pauperiores Nobiles alioquin obnoxii erant, ac ob merita, quae jam de hoc Comitatu habebat, omnium suffragio pro se ac patre, quamdiu viveret, illius Immunitatem obtinuit.

Anno 1719. die 16. Jan. hora 1. matutina nascitur Gabrieli secundo-genita Rosina, ipse vero mensibus Augusto & Septembri pro Comite Francisco Esterhazy in Districtu Szeredionensi Decimas conscribit, & exigit.

Sequente anno 1730. die 3. Martii celebratur Pofoni Sedes Restauratoria Comitatus, in qua Gabriel Juratus Assessor Comitatus nominatur, & hora prima post meridiem juramento adstringitur cum ceteris, moxque hoc munere suo in Processu Impiger fungi occipit, ac cetera inter, novam militiae dislocationem per Processum superiorem lingua Slavica Modrae currentat, deinde 25. Sept. Pofonium profectus in Generali Congregatione Comitatus Rationum Brasor cum annuo 150 fl. salario renunciat. Die 15. Octobris praemature nives cadentes perterrent Senquicaenses Vinicolas, Gabriel vero die 14. Octobris hora 9. matutina matre Barbara Rustica mortua, privatur.

Anno 1731. die 3. Mensis Januarii saeviente scerrima hieme lustrat plagam trans-danubianam usque ad Fluvium Dravum, & Insulam Murae per

Infulam Csallóklis, Jaurinum, Papam & arcem Devecser visitat, pagos autem per Comitatum Szegediensem Kaptalanfalvam, IAvand, Kis - Apati, Bodacson, Tomai &c. sub dimidium Januarii conscribit, unde Vasonium digressusensem Cassidem, marmoreamque statuem Pauli Kinskii iustrat. die 21. Jan. pererrat Csaktornyam Oppidum, ubi tam arcem Zrinianam, quam Cryptam inspicit. Itineris hujus historicam etiam reliquit Descriptionem, sub titulo: *Iter Transdanubiarum* die 18. Maji in Parochia Senquiesiensis quosdam cum Plebano computus Init, & comperit ab anno 1715. usque ad 1730. inclusive Ecclesias perceptionem ascendisse ad 10973 fl. 39 t den, erogationem ad 10963 fl. Numerat animas in Nagy-Senquies capaces Confessionis 386. In Kis-Senquies 213. Die 23. Maji ultimam manum imponit Scriptis suis, & quod fere 14. annis sparsim in chartis collegit, describit. Complectuntur ea Tomis duobus Res Ungaricas ab anno 1701. ad 1730. In tertio Tomo horum utriusque compendium, in quarto Miscellanea quaedam, bella quippe Peloponnesium, Sardoum, Siculum, Urbes totius mundi Metropolitanas, ac Historiam Paralipomenonicam, omnesque in 321. Phileris, seu 21. Libris uno Calamo conscripsit.

Interim ex hoc itinere domum redux minacem a Judice Nobilium accipit Epistolam, qua severe admonebatur, ut seniculum patrem suum melius, quam defunctam matrem honoret, & colat. Die 9. Sept. hora 11. ante meridiem nascitur illi filia Justina non diu victura. Die denique 12. Dec. in ordinem redigit Bibliothecam Comitis Josephi Esterhazy in Castello Cséklészalensii.

Anno 1732. cum Judice Nobilium investigat per Comitatum Libellos pagorum, quibus a Percipere Portionale Quantum inscribi solet, an non error aliquis in illis commissus sit, & cum impigre adeo munere Juratoris functus sit, sub restoratione Comitatus in eo confirmatur. Interim partem domus paternae suis sumptibus restauratam, cum uxore,

se prolihus die 20. Nov. habitandam ingreditur. Sed & sororibus uxoris suae de divisione Bonorum ar-  
 ticularum die 21. Aprilis 1733. litem indixit, quam  
 etiam pronunciata die 2. Augusti sententia evincit,  
 & portionem uxoris revindicat; una vero & Ratio-  
 nes frumentarias in Dominio conficit, tum pro de-  
 scribendis aliis per Comitem Joan. Palffy Poionium  
 erga honorariam mercedem evocatur die 19. Apri-  
 lis, quibus perfectis domum rediit die 5. Maji fe-  
 bri corripitur. Die 28. Julii revisoriae Rationum  
 Comitatus Confirae interest, & mox 23. prolihus  
 jam alioquin auctus, & rei familiari magis inten-  
 tus Apram Mezülaky auctoritate Judicis inhibet, ne  
 12. terras Jugera in pignore constituta, a successio-  
 ne, sibi quoque competente, alienare audeat. Late-  
 ri domus paternae a se nuper instaurato chronogra-  
 phicam praefixerat Epigraphen, sed cum eam a  
 nonnullis non plane immerito reprobari animadver-  
 teret, anno 1734. mense Majo extractae sequentem  
 substituit, deinde quam diu vixit, retentam:

Deo, ac Iosepho Comite Essterhazyo salu-  
 IVVantibus ponti. G. K. S. I. C. P. J. A.

Die 16. Oct. hora 7. vespertina nascitur Gabrieli  
 filia Sabina.

Familiae Comitum Essterhazy ob singularia be-  
 neficia, quibus affectus fuerat praecipuis devotus,  
 iubens, ubi poterat, operam locavit. Anno 1735.  
 14. Jan. Comiti Francisco universorum Domini  
 Sempto redituum annuo 19332 fl. tum efficientium  
 conscripsit, & exhibuit calculum. Gabriel sive a  
 natura vehementiore animo praeditus, seu conser-  
 vatae, augendasque rei familiari intentus, pa-  
 tris, jam ad senium inclinantis, oeconomia male  
 contentus, exhibito die 15. Febr. coram Consilio  
 Regio Locumtenentiali supplicis libello, petit Ma-  
 gistratui Comitatus imponi, ut patre pro prodigo  
 declarato haereditatem sequestro Judiciali subijciat;  
 evocatur ea de causa uterque ad Judicem Nobillium,  
 qui cum amicam concordiam reconciliare frustra

studulset, refert tandem in Generali Congregatione  
die 4. Maji nihil se profecisse quis inquit. dicitur  
pater, dicitur et filius.

Anno 1736. accipit Epistolam a Comite Josu-  
pho Esterhazy Tota scriptam, qua opus de rebus  
Hungaricis conscriptum, sibique missum, et cum  
peculiaribus attentionibus et delectationibus a se lectum ve-  
hementer probat, additque Gabriellae elegie sua ad  
lucubrationes historicas majores animas. Ille vero  
ne res domesticae uno in loco, adverso casu penitus  
prostrerentur, in Apudam partem maris demum  
extrahit, cumque sequenti Epigrapha ornas:

CosLo faVente, JosuPho Esterhazy aDIPY  
LIVore trIVMphato posVIT G. K. L. C. P. J. A.

Die 29. Octobris Comitatus constituitur, die  
vero 11. Dec. Eva illa nascitur.

Anno 1737. convocat Nobiles et pro Famili-  
aribus, & Judices pegerum et pro Portuibus Nobilibus a  
Comitatu recipiendis Modras conveniant. Ipse vero  
Comitatu Libellum supplicem rursus exhibet,  
quo patrum senis consuetudinem regendas economias  
inoptum, se autem debitis illis exsolvendis impe-  
rem declarat. Sed cum his mitioribus literis in-  
ter patrem & filium controversias frustra compe-  
nere studeant Judices, Gabriel ad Aulam recurrit,  
& efficit, ut die 4. Jan. 1738. Comitatus Mandatum  
Regium acciperet, quo querulantiam conveniens mo-  
dus ostenderetur, debita patri ultra sui conservatio-  
nem exsolvendi, unaque, quod summum esset, reci-  
piendi, ipse vero a Comite Ludovico de Batyan  
Aulico Cancellario die 10. Jan. privatus eadem in  
causa percipit Litteras. Pater contra eorum Judices  
Nobilium accusat filium, quod publice Comitatus  
pecunias se se ditasset, matrem perculisset, se im-  
pie tractasset, ideoque non Bonam solum, sed & vi-  
tam amittere debeat. Adverserunt Judices his  
animis parum sedatis utriusque agi causam, ideoque  
culpam mutuo objectam verbis augeri, ut igitur  
litam legitime discernere, in ipso loco pro die 18.



Anno 1745. magis iterum fervebat Gabrielis nostri calamus, nam a die 20. Februarii Decades Rerum Hung. Antonii Bonfili, & cum illis Abrahami Bakfay Chronologiam Hung. a se continuatam; Indicem denique locupletissimum in eisdem Decades a se confectum, adeoque totam editionem hunc opera sua adornatam, & sumptibus Jos. Gollneri Bibliopægi Posen. impressam, propria sibi diligentia & attentione relegit, & menda typothetica undique collecta notas, atque operi adjuvenda Typographo mittit. Eadem diligentia conficit Indicem in Imperatores Orientis a Francisco Berg. Marty. editos. Diebus 14. Maji usque 2. Junii reparavit Bibliothecam Capituli Posenensis, & in concinniore ordinem redigit, similem operam die 20. 27. Augusti Bibliothecæ Baronis Car. Kaller navaturus. Die 10. Sept. Novam Hungaricæ Periodicæ litterarum describendam assumpsit, quam trium hebdomadarum spatio terminat in pag. 476. ut una duntaxat Philera a 5. Libris papyri decisset, & penna, quæ conscripti sunt, unica toto hoc trium hebdomadarum tempore, ne semel quidem reparata sit. Exemplar. istud fortassis cesserit Paulo Bartakovic cum paginarum numerus adeo concordet, licet tempus Serptionis aliquantum differat, ut suo loco videbimus.

Anno 1748. Tyrnaviam forte profectus Jesuita adiverat, quos inter jam tum complures Historiophili fuerant, hi mox Gabrielem nostrum coronam cingunt, atque diversis quaestionibus historicis exagitant, nonnemo & Templariorum iniecit mentionem, atque inde orta est quaestio an illi unquam intra proprios Hungaricæ limites domiciliis habuerint, nam de eo nemo ambigebat, Bona quaedam eos hic possedisse, ad ea subinde Equitum Fratres in Provinciis Croaticis, Dalmaticisque Coronas Hungaricæ subiectis degentes, excurrissè, verum id solum quaerebatur, an eorum locorum, quæ vulgus Templaria olim sat copiosa in Hungaria habitata fuisse tradit, quaedam re ipsa domiciliis eq-

rum deservierat? Kolinovics nunquam afferere, vel agere solitus, quod non penitus perspectum haberet, inexpectatae quaestioni responso quidem, non item huic argumentis in promptu succurrere poterat, Idque, ut moris habebat, palam candido professus est, ex eo tamen tempore ad Historiam Templariorum penitus scrutandam animum adiecit, sed quod ad id necessarium, ac sufficiens literariis subsidiis in propria penu destitueretur, neque permittente rei domesticae angustia, vel Viennenses Bibliothecas apud externos proximas adire posset, Statuit, quid quid in vicinia deprehenderet, in rem suam expilare. Primum, ubi & plurimum sperabat, & maximam difficultatem praevidebat, liberum ad Bibliothecam Capituli Strigoniensis, tum adhuc thesaurum defossum, obtinere quaerebat aditum; Vix Aeneas ad inferos tanta cum difficultate penetravit. Narrat Annal. Templar. L. I. bimestri sibi laborandum fuisse, ut copiam ejus adundae obtineret, licet Paulus Bartokovics causam ejus apud Capitulares fervide ageret, sed & ita jam desperandum de ea fuisse, nisi Comes Jos. Esterhazy extremo jam lecto assensus, interposita pro Gabriele fide, autoritateque, scripto eundem commendasset, tum demum die 17. Aprilis deposito praevio juramento admissus est. Itaque quidquid & hic, & usquam in libris, quorum copiam nactus est, deprehendit de Templariis, id textu, ac fide integris exscripsit. Interea magnam hoc anno Gabriel noster passus est jacturam obitu Comitis Josephi Esterhazy Moevianensis sui munificentissimi die 10. Maji intervenio, id ultimum honoris nactus, ut aetate ejusdem Officium Judicis Curiae Regiae concernentia Successori Comiti Georgio Erdödy die 13. Nov. particulatim resignaret, & cum jam alioquin Pofnili ea de causa constitueretur, Baroni Carolo Keller, cuius sollicitudine ferebat die 17. Mensis ejusdem vastum Atlantem in ordinem Systematicum disponit & signat.

Anno 1650. cum jam aetatis annum 37. ageret die 11. Octobr. in Ecclesia Modraui Sacramen-

ta confirmationis cum alio Andree, & sororibus per Mich. Schuma consecratum Episcopum Scopiensem munitur; nullum cum posse Christiani hominis officium negligere volens. Sed & Scriptoris diligentissimi partes hoc anno Gabriel egregie explevit, vasta Collectanea, quae illum e diversis autoribus exscriptisse superius commemoravimus hactenus in ordinem chronologicum redigerat, ut e fragmentis totum aliquod integrum concinnaret, quo labore defunctus die 13. Aprilis incepit mundo opus hoc describere, praefixo eidem titulo *Assales Militaris Ordinis Equitum Templariorum*, quod etiam die 25. Maji terminavit in paginis 245. forma folii maximi, titulum deinde, Prologium ad Lectorem, & Indices absolvit die 31. Maji; atque istud penna eadem, qua ad annum 1742. Notam *Ungariae Periodum cum aliis publice dicatis* ut ad 35. Libros eadem, ne reparata quidem, conscriptos 11. duntaxat phyleras cum quarta papiri parte desessent.

Anno 1751. duo litteraria molimina perduxit ad calcem: primum est *Chronica Militaris Ordinis Equitum Templariorum* paginis 191. textu, 42. Indicibus & aliis constantibus, quod ex Annalibus priore anno compilatis excerpfit, & in Epitomen coegit, atque die 18. Martii mundo descripsit; Alterum *Aularium Operum suorum MSS. pagg. 425. complexum*. Die 18. Aprilis evocabatur quidem honorifice Posonium, ut Comitibus Regni interesset, & Acta eorum eadem diligentia, qua id anno 1741. praeficit, connotaret, sed ingravescente jam aetate id honoris, ac oneris deprecatur. Ultima demum hebdomada ante Pentecosten vitam Samuelis Parkas absolvit praefixo illi titulo: *Alexii Lycophiti Illyrici Idea Militis Christiani cui ad calcem subscripsit: scribendam hanc Lycophitus in majore mea patria Constantinae ad aulam Vn. am apud Croatas*

Anno 1753. die 9. Jun. hora 3. post meridiem Infort templo Senquiescenti vexillum ex rubro serico, quod erat finitima militiae Constantianum in Cro-

de anno 1737. per Georg. Branyugh Episcopum Zagrebiensem in Campo Glynya sub tentorio consecratum, quove illi contra Turcas in praesidio usi sunt, donatum sibi Titae a Comite Juniore Josepho Esterhazy; exhiberet illud utrinque bisulpitem Aquilam coronatam, quod pro suorum ibi periculi appendit memoria, quorum antenati Constantinam ad has eras appulerant.

Anno 1754. quae adhuc non satis firma videbantur, in domo Senquicziensi reparari, firmarique curat.

Anno 1755. die 10. Aug. Carmina ab ipsa adhuc adolescentia, hunc ad usque diem a se scripta, severus censor, revolvit, & non nisi una, alterave Centuria sub titulo: *Innocentes animi lapsus* reservata, reliqua Vulcano tradit.

Anno 1757. die 1. Sept. terminat Tomum VIII. MSS. suorum titulo *Miscellaneorum* insignitum, phyleras chartae 180. complexum.

Anno 1758. die 4. Sept. describit iterum *Chronicos Templariorum* a se compositum, & inter sua MSS. Volumina minimum.

Anno 1760. die 1. Maji concludit Tomum IX. Operum suorum, quod inscripsit: *Epistolarum Decades LXXXIV.* Complectitur ille 192 & Phyleras. Hos IX. Tomos legere desideranti Georgio Klimo Episcopo Quinque-Ecclesienſi, 10. Junii sine difficultate, quod mirum in ipso, submiserat. Hic litterarum amantissimus Praelatus decreverat *Chronicos Templariorum* suis sumptibus excudi curare, sed cum de motibus in exteris Provinciis contra Jesuitas excitatis nunciis adferrentur & interna constitutio saepe utriusque Ordinis, si non ipsi Episcopo, at vulgo certe magnam similitudinem habere viderentur, ne quid inde ferenti adhuc apud nos Jesuitarum Societati, praesudicium adferretur, aut certe quis factum sinistra interpretaretur, ab editione operis, tempori ut existimabatur minus opportuna, prudens obtulit.

Anno 1762. die 4. Jan. fundos quosdam economicos ex pignore vindicavit, ut saltem ingravescente jam aetate, si ipsum suis eodere contingeret, haeredibus abaque onere relinqueret, sed pro merito necessitate istorum pignori mancipat.

Anno 1764. die 4. Sept. acutissimis doloribus, laterum punctationibus, aliisque internis affectionibus vexatur; impigre tamen belli Austriaco-Prussici Historiam Tomo IX. coeptam continuavit, & absolvit Tomo X. operum suorum sub titulo: *Epistolarum Dantes LXXXV.*

Anno 1765. Mortuo Francisco I. Romanorum Imperatore Decreto Camerae R. Hung. Aulicae Posoniensis per suum Cursorem illi 17. Oct. submisso provocatur ad construendas Inscriptiones Cenotaphio sub exequiis solennibus inferendas, sed quod non nisi tridui nec integri tempus praestingeretur, ac praeterea sciret ejusmodi honorem technis etiam & patronis adhibitis plures ambire, nolens expectationem ac existimationem eam propter discrimini exponere, artificiosa Epistola delatum laborem non incaute deprecatur, pro se nihilominus vires explorat, quantum in hoc litteraturae genere valeret. Hunc annum Gabriel polli duntaxat cervinae nudo stramine injectae incubando exigit, calcitrae eidem pelles segmentis pellionum fartae esput reclinando, cui a coepto rationis usu nunquam plumcum pulvinae subiecit.

Anno 1766. die 20. Martii esu pulviam milli cum oleo canabino fors non debito coctarum valetudini noxam adfert usque 11. Aprilis dysenteria vexatus, vires deinde recuperatas vestate, autumnoque retinet, mense tamen Decembri adeo debilitatus, ut integras noctes insomnes egeret, & postremo triduo ne pedibus quidem insistere posset. Die 22. Octobris hora 4. postmeridiana Jesuita quidam ignotus, cujus deinceps etiam vel nomen vel statum rescire nunquam poterat, ad solitudinem Gabrielis venerat, & nomine Adami Franc. Koller Bibliothecae Palatinae Viennensis Custodis de MSS. eorumque

quo pretio, si cedere vellet, percontatur, cui Ko-  
linovics respondit X. Volumina hactenus compacta  
sobo. phileras complecti, de ceteris nihil addendo,  
quod nec hominem, nec animum noverat, sed hie  
post horas quadrantem elapsus est, ut venerat in  
cognitus. Hoc eodem anno Gabrieli nomine Co-  
mitis Joannis Palfy Dynastae Domini Bozin & Sz.  
Gyurgy, quo & Senquiciensium pertinet lls intenta-  
tur, quod siquidem Domina hanc jure perennali  
masculis familiae successoribus collata sint, curise  
vero Benichianae Nagy - Senquiciensis Possessores  
tempore Astutionis solitam contradictionem inter-  
ponere neglexerint, jus curialitatis, & quod ha-  
buisset amissis censendi sint. Praefigitur liti dies  
6. Junii pro termino coram Tabula Districtuali, in  
qua tamen Gabriel favorabilem obtinuit sequente  
anno sententiam.

Anno 1767. die 17. Maji curat compingi Operum  
suorum MSS. Tomum XI. in geminas partes divi-  
sum, quarum I. de Terrae motu *Libb. IV.* die 1.  
Maji terminata, II. *Miscellanea diversi generis com-  
plectitur.*

Anno 1768. Mense Martio terminat MSS. Ope-  
rum suorum Tomum XII. *Epistolarum Decades L.  
II.* quem, uti ad h. s. in Vita sua adnotavit Mar-  
tinus Kovachich propriis sumptibus compingi cura-  
vit, & Autori die 14. Jun. Tyrnavia remisit. Con-  
tinet Tomus iste Phileras chartae 131. & cum prio-  
ribus XI. Phileras 1309 & Autore ipso calculum hunc  
ineunte.

Anno 1769. die 18. Januarii absolvit descri-  
ptionem Chirographi, cui titulum praefixit: *Bien-  
nium Societati Jesu ter infelix Libb. IV.* quod con-  
tinet 504 chartae Phileras, & cum prioribus XII.  
Voluminibus 13594. Atque hoc erat postremum  
Operum litterariorum Gabriellis nostri Volumen.  
Nam sequente

Anno 1770. circa Festa Pentecostalia caligo  
quosdam sensum oculis ita obicitur, ut scribendi,  
omnem ipsi edidit facultatem, neque toto anni

hujus eidem postremi reliquo tempore aliud scripsit, quam Vitae suae notabiliora quaedam acta, cujus manus in hoc Tomo XIII. pag. 750. utcumque adhuc agnoscitur, patet nihilominus ex ipso distorto litterarum ductu, eum jam postremas paginas o memoria manu duntaxat palpante sine visus auxilio scripsisse. Aegritudine itaque cum aetate ingravescente; nam senectus ipsa morbus erat, salutis suae semper studiosissimus die 26. Nov. hora 8. matutina, ut ad viam aeternitatis praemuniretur, primum domi suae poenitentiae, atque Eucharistiae sacramenta ex more Ecclesiae cujus addictissimus erat filius, reverenter suscepit, tum demum ad corporis curam conversus die 30. Novembris primum in vita sua sumit pro evocatione medicum remedium a Gerardo Knot Benedictino propinatum. Condito jam prius Testamento, Bibliothecam suam vivens adhuc ultimo hoc in morbo tradidit Benedictinis in S. Monte Pannoniae servandam fere sine ullis conditionibus & onere, nisi quod ipsi ultro, ac benevole receperant. Primo itaque die 2. Decembris Africanus Rimer Superior Residentiae Modrensis Ordinis S. Benedicti Gabrieli jam pridem intima conjunctus amicitia, Joannem Georg. Walter Pictorem aetate Svecum secum adduxit, qui Gabrielem hoc ultimum amicitiae argumentum amico negare nolentem, quod haecenus constanter declinabat, protinus Cœrussa delinens, dein coloribus duplici exemplari, uno cum ipsa Bibliotheca ad Montem Pannoniae transferendo, quod deinde sublatis Benedictinis, persoluto pretio majori, sub hasta oblate, nobis cessit, atque Calcographo incidendas ac exprimendas affabre sumtibus nostris seri Gabrielis Leoni deservit, cui sequentem Epigrapham subjecimus:

**NOB. GABRIELI KOLINOVICS SENQUICHIENSI.  
OB. HON. LITTERARUM. LOCO. NATALI ADSERT.  
POST. FAT. GRAT. HOC. AMOR. ET PIET. MON.  
NOB. MART. GEORG. KOVACHICH SENQUICE.  
AMICO B. M. P. S. F. C.**

Altero Exemplari ex originali hoc desumpto atque haeredibus pro memoria relicto idem Pictor Gabrielum cum omni vultus, habitusque similitudine probe expressit. Ferunt eum, cum Pictor delineatione occuparetur, comam in nodum religatam, & pro veteris gentis more ad sinistram temporum partem pendulam manu ostentasse; atque pictorem admonuisse: dies mihi non sunt vergenti, ne illius in pictura oblivisceretur; ipse deinde sumto calamo sequentes voces schedulas pro pictore inscripsit: *Defunctus 1770. in Decembri*, quae postrema manus Kolinovickiana scriptura ad Calcem Voluminis, quae *vita & Gesta* ejusdem continentur inserta hodieque servatur. Die postea 5. Dec. idem Astricus Rimer Bibliothecam Kolinovicki evacuat, libros Cistis impositos Modram devehit curat inde ad Montem Pannoniae transferendos, quibus die 8. Dec. & ultimum Operum Autoris MSS. Volumen *Vitam & Gesta* illius complexum adjicitur. Ipse Astricus Gabrieli aegrotanti quoties domo abesse poterat, continuo assidebat, usque dum tandem die 22. Decembris Gabriel vitam, quam ad annum aetatis 73. duxit laboriosissimam probe ac pie clauderet.

Mortuo Benedictini Modrenses die 24. Dec. sumus omni cum apparatu, quale Virum nobilem, egregie doctum, & tam actis, quam scriptis celebrem ac suam benefactorem meruisse existimabant, procurarunt, arma Nobilitatis familiae cum eo extinctae, patrio more depingi fecerunt, corpus exanimis die 24. Dec. cum insolita vicinorum etiam frequentia in Crypta Ecclesiae condendum comitati sunt, & pro animae illius refrigerio tam post obitum statim quam deinceps statim temporibus complura Missae sacrificia celebranda decreverunt. Unus P. Astricus, quem superius memoravimus insignis, post fata etiam, illius, edidit constantis amicitiae documenta, nam extremum aegrotanti Gabrieli sua ex parte sponte promiserat, quamdiu viveret, quotidie se illius in Missae sacrificio memorem futurum, ac praeterea quovis mense unum sacrum pro anima

Illius oblaturam, quod se sancte observaturum esse, dein propria manu in *Vita & gestis* antepenultimo folio subscripsit.

Translata paulo post e Residentia Modrensi ad Montem Pannoniae Bibliotheca cum Bnigie Benefactoris, & quibusdam aliis rebus memorabilibus, vidus & filiae Gabrielis iniquo animo ferentes nil inde sibi obligasse, prope a erat, quin Monasterio litem intenderent, ad quam tamen redimendam, licet nihil tenerentur, considerata nihilominus tenui haeredum sorte, merita etiam demortui reputantes sponte 300 fl. praetendentibus exsolverunt Benedicini. Nam ipse Parochus Senquicentensis ejus temporis, quocum Gabrieli pertinacem controversiam intercessisset, alio loco referemus, ei reconciliatus, & agonizanti assistens, testatur se illum aduersasse, ut pro haeredibus aliquod e Bibliotheca commodum adjiceret, sed a Gabriele apposita peiori manu sibi repositum: *Pater! in conscientia fateor, libros prohibere relinquere non possum, haecque ultima morientis fuisse verba, neque amplius locutum esse, sed post aliquot horas pie obisse.*

Quemadmodum nullus amicorum, ac ne ipse quidem Kolinovic dubitabat se Bibliothecam suam Piaristis, quorum aliquando, licet brevi tempore sodalis fuerat, relicturum esse, ita multis etiam inexpectatum evenit, quod eam Benedictinis tradiderit, nos ipsi paucis ante obitum ejus annis, cum quereretur Piaristae non magnopere librorum suorum cupidos videri, variis illius hae de re meditationibus injeceramus Convidus Regii Tyrnaviensis mentionem, sed Gabriel reposuit, id sibi quoque jam iam mente fuisse, neque penitus displicuisse, vereri tamen, ne quorum curae Convidus ille creditus fuerat, meliora, quasi juventuti minus necessaria, soligerent, & suis adjicerent, sibi vero absolutam esse voluntatem, ut quocumque sua suppellex libraria translata fuerit, neque discerpatur, sed nec aliis quidem immisceatur; ubi vero majorem rebus suis poterat sperare durabilitatem, quam in Monte Pan-

noniae apud Benedictinos, nisi horum, nulli praevisa tam tempestivo supervenissent suprema fata, quorum conversione secuta, universa literaria suppellex una cum Bibliotheca Kolinovicensi ad Bibliothecam publicam Regiae Universitatis Hungaricae Pestum translata est, ubi MSS. quidem Gabrielis XIII. Voluminibus in forma folii comprehensa in sua servantur integritate Libri vero partim facto selectu ceteris permixti, partim jam in pluribus exemplaribus habiti, velut superflui licitationis lege plus offerentibus venditi sunt.

Viduae se tribus filiabus, quae illi supervixerant Kolinovics plus reliquit, quam ipse a patre haereditatis adierit, fundos videlicet aeconomicos in agris, vineis, facietis, domo ipsa curiali tam Senquiczil, quam in Apay & quaedam mobilis, nullis alioquin onerata debitis, ut adeo non laute quidem, sed quod tamen sufficeret, haberent, quae cum patre tenuiter vivere jam consuessent, menuum alioquin labore qualicunquo cetera quaesiturae filiae, quarum successione testamentis curata definivit pater, cujus Articulus 14. ita habet: „ Ubi quam-  
 „ ptiam filiarum moerum in semine continget defi-  
 „ cere... in his; quae de mels nata est, mobili-  
 „ bus & immobilibus, Templum D. Annae Sacrum  
 „ (nimirum Senquicziense) succedet, & pecunia  
 „ pro ipsis deposita, erigendas in anteriore Templi  
 „ facie novae Turri applicabitur. “ quod ut certius  
 fiat, Art. 15. Autographum suae ultimae volunta-  
 tis inter scripta ejusdem Ecclesiae voluit aservari,  
 ubi & re ipsa servatur. Loci nimirum natalis amant,  
 & Religioni sincere semper addictus, ornamento il-  
 lius, & gloriae Dei post fata etiam, quantum pos-  
 set, consultum voluit. Trium filiarum natu minima  
 in aetate, quae ad id aptissima erat, vivente adhuc  
 sed frustra repugnante patre matrimonio juncta est,  
 duae seniores non nisi post obitum ejus circa 40.  
 aetatis annum jam constitutae maritos nactus sunt,  
 quod is non nisi nobilibus eas jungi vellet, ac praeter-  
 terea severus pater filiabus, quamdiu in capillis et-

hujus eidem postremi reliquo tempore aliud scripsit, quam Vitae suae notabilia quaedam acta, ejus manus in hoc Tomo XIII. pag. 750. utcumque adhuc agnoscitur, patet nihilominus ex ipso distorto litterarum ductu, eum jam postremas paginas e memoria manu duntaxat palpante sine visus auxilio scripsisse. Aegritudinis itaque cum aetate ingravescente; nam senectus ipsa morbus erat, salutis suae semper studiosissimus die 26. Nov. hora 8. matutina, ut ad viam aeternitatis praemuniretur, primum domi suae poenitentiae, atque Eucharistiae sacramenta ex more Ecclesiae ejus addictissimus erat filius, reverenter suscepit, tum demum ad corporis curam conversus die 30. Novembris primum in vita sua sumit pro eversione medicum remedium a Gerardo Knot Benedictino propinatum. Condito jam prius Testamento, Bibliothecam suam vivens adhuc ultimo hoc in morbo tradidit Benedictinis in S. Monte Pannoniae servandam fere sine ullis conditionibus & onere, nisi quod ipsi ultro, ac benevole receperant. Primo itaque die 2. Decembris Astricæ Rimer Superior Residentiae Modrensis Ordinis S. Benedicti Gabrieli jam pridem intima conjunctus amicitia, Joannem Georg. Walter Pictorem aetate Svecum secum adduxit, qui Gabrielem hoc ultimum amicitiae argumentum amico negare nolentem, quod haecenus constanter declinabat, protinus Coerussa delineat, dein coloribus duplici exemplari, uno cum ipsa Bibliotheca ad Montem Pannoniae transferendo, quod deinde sublatis Benedictinis, persoluto pretio majori, sub hasta ablato, nobis cessit, atque Calcographo incidendas ac exprimendas effabre sumptibus nostris seri Gabrieli Leoni deservit, cui sequentem Epigraphicam subjecimus:

NOB. GABRIELI KOLINOVICS SENQUICZIENSI,  
 OB. HON. LITTERARUM. LOCO. NATALI ADSEKT,  
 POST. FAT. GRAT. HOC. AMOR. ET PIET. MON.  
 NOB. MART. GEORG. KOVACHICH SENQUICZ.  
 AMICO B. M. P. S. F. G.

Altero Exemplari ex originali hoc defuncto atque haeredibus pro memoria relicto idem Pictor Gabrielem cum omni vultus, habitusque similitudine probe expressit. Ferunt eum, cum Pictor delineatione occuparetur, comam in nodum religatam, & pro veteris gentis more ad sinistram temporum partem pendulam manu ostentasse; atque pictorem admonuisse: *dieß mirr man nicht vergessen, ne illius in pictura oblivisceretur*; ipse deinde sumto calamo sequentes voces schedulae pro pictore inscripsit: *Dessestar 1770. in Decembri*, quae postrema manus Kolinovicianae scriptura ad Calcem Voluminis, quae *vita & Gesta* ejusdem continentur inserta hodieque servatur. Die postea 5. Dec. idem Astricus Rimo: Bibliothecam Kolinoviciam evacuat, libros Cistis impositos Modram devehit curat inde ad Montem Panoniam transfereandos, quibus die 8. Dec. & ultimum Opera Auctoris MSS. Volumen *Vitam & Gesta* illius complexum adjicitur. Ipse Astricus Gabrieli aegrotanti quoties domo abesse poterat, continuo affidebat, usque dum tandem die 21. Decembris Gabriel vitam, quam ad annum aetatis 73. duxit laboriosissimam probe ac pie clauderet.

Mortuo Benedictini Modrenses die 24. Dec. funus omni cum apparatu, quale Virum nobilem, egregie doctum, & tam actis, quam scriptis celebrem ac suum benefactorem meruisse existimabant, procurarunt, arma Nobilitatis familiae cum eo extinctae, patrio more depingi fecerunt, corpus exanime die 24. Dec. cum insolita vicinorum etiam frequentia in Crypta Ecclesiae condendum comitati sunt, & pro animae illius refrigerio tam post obitum statim quam delinceps suis temporibus complura Missae sacrificia celebranda decreverunt. Unus P. Astricus, quem superius memoravimus insignis, post fata etiam, illius, edidit constantis amicitiae documenta, nam extremum aegrotanti Gabrieli sua ex parte sponte promiserat, quamdiu viveret, quotidie se illius in Missae sacrificio memorem futurum, ac praeterea quovis mense unam sacram pro animae

Illius oblaturam, quod se sancte observaturum esse, dein propria manu in *Vita & rebus* antepenultimo folio subscripsit.

Translata paulo post e Residentia Modrensi ad Montem Pannoniae Bibliotheca cum Regia Benefactoris, & quibusdam aliis rebus memorabilibus, vidua & filiae Gabrielis iniquo animo ferentes nil inde sibi obligasse, prope aerat, quin Monasterialitem intenderent, ad quam tamen redimendam, licet nihil tenerentur, considerata nihilominus tenui haeredum sorte, merita etiam demortui reputantes sponte 300 fl. praetendentibus exsolverunt Benedictini. Nam ipse Parochus Senquiciensis ejus temporis, quocum Gabrieli pertinacem controversiam intercessisse, alio loco referemus, ei reconciliatus, & agonizanti assistens, testatur se illum adussisse, ut pro haeredibus aliquod e Bibliotheca commodum adjiceret, sed a Gabriele apposita pedori manu sibi repositum: *Pater! in conscientia fateor, libros prolixos relinquere non possum, haecque ultima morientis fuisse verba, neque amplius locutum esse, sed post aliquot horas pie obiisse.*

Quemadmodum nullus amicorum, ac ne ipse quidem Kolinovics dubitabat se Bibliothecam suam Piaristis, quorum aliquando, licet brevi tempore sodalis fuerat, relinendum esse, ita multis etiam inexpectatum evenit, quod eam Benedictinis tradiderit, nos ipsi paucis ante obitum ejus annis, cum quereretur Piaristas non magnopere librorum suorum cupidus videri, variis illius hae de re meditationibus injeceramus Convictus Regii Tyrnaviensis mentionem, sed Gabriel reposuit, id sibi quoque jam in mente fuisse, neque penitus displicuisse, vereri tamen, ne quorum curae Convictus ille creditus fuerat, meliora, quasi juventuti minus necessaria, soligerent, & suis adjicerent, sibi vero absolutam esse voluntatem, ut quocumque sua suppellex librarum translata fuerit, neque discerpatur, sed nec aliis quidem immisceatur; ubi vero majorem rebus suis poterat sperare durabilitatem, quam in Monte Pann-

nonise apud Benedictinos, nisi horum, nulli prae-  
vifa tam tempestivo supervenissent suprema fata,  
quorum conversione secuta, universa litteraria su-  
pellez una cum Bibliotheca Kolinoviciana ad Bi-  
bliothecam publicam Regiae Universitatis Hungari-  
cae Pestum translata est, ubi MSS. quidem Co-  
belsii XIII. Voluminibus in forma folii compre-  
hensa in sua servantur integritate Libri vero partim  
facto selectu ceteris permixti, partim jam in pluri-  
bus exemplaribus habiti, velut superflui licitationis  
lege plus offerentibus venditi sunt.

Viduae se tribus filiabus, quae illi supervixe-  
rant Kolinovics plus reliquit, quam ipse a patre  
haereditatis adierit, fundos videlicet aeconomicos  
in agris, vineis, faenetis, domo ipse curiali rari  
Senquicziil, quam in Apay & quaedam mobilia,  
nullis alioquin onerata debitis, ut adeo non laute  
quidem, sed quod tamen sufficeret, haberent, quae  
cum patre tenuiter vivere jam consueverant, menum  
alioquin labore qualicumque cetera quaesiturae filiae,  
quarum successione testamentis curata definivit pa-  
ter, cujus Articulus 14. ita habet: „ Ubi quism-  
„ piam filiarum morum in semine continget desi-  
„ cere... in his; quae de melis nata est, mobili-  
„ bus & immobilibus, Templum D. Annae Sacrum  
„ (nimirum Senquicziense) succedet, & pecunia  
„ pro ipsis deposita, erigendas in anteriore Templi  
„ facie novae Turri applicabitur. “ quod ut certius  
sit, Art. 15. Autographum suae ultimae volunta-  
tis inter scripta ejusdem Ecclesiae voluit aservari,  
ubi & re ipsa servatur. Loci nimirum natalis amant,  
& Religioni sacere semper addictus, ornamento il-  
lus, & gloriae Dei post fata etiam, quantum pos-  
set, consultum voluit. Trium filiarum nata minima  
in aetate, quae ad id optissima erat, vivente adhuc  
sed frustra repugnante patre matrimonio juncta est,  
duse seniores non nisi post obitum ejus circa 40.  
aetatis annum jam constitutae maritos natae sunt,  
quod is non nisi nobilibus eas jungi vellet, se praeter-  
terea severus pater filias, quamdiu in capillis et-

sent, omne virorum consortium vetaret. Vidua Juditha nata Pasmán anno 1783, die 14. Febr. aetatis 70. viduitatis 13. Senquicrii mortua, in novo Caemeterio in fine pagi superiore sepulta jacet, ut adeo Templi Senquicriensis Successio ex Testamento Gabrielis ultimi suae stirpis masculi furculi etiam post sexum feminei defectum non usque adeo remota esse videatur.

---

C A P U T   I I .  
M E M O R A B I L I A   V I T A E   G A B R I E L I ,  
K O L I N O V I C S ,

---

**I**N Gabriele nostro singula peculiare aliquid habent, complexio corporis, mentis constitutio, moralis character, ingenii cultura, & quidquid in eo, sive hominem, sive civem, seu christianum, seu denique Litteratorem designabat, ita comparatum erat, ut aliquid singularitatis praeferreret.

Statura corporis gracilis ac teretis mediocrem excedebat, & ut minimum 5 4 pedes adaequabat; erectus usque ad senectutem incedebat, jam in vetate media exsucus ac macilentus; quamquam in infantia, pueritia & adolescentia valetudinis ambiguae, firmo tamen in virili, senilique aetate, duris, ac subinde violentis etiam commotionibus exercitae. Musculis tantum valebat, ut dextra quidem tota potate calamo serrata, laeva subinde duorum etiam centenariorum pondera citra nisum levaret, ossibus alioquin probe & provisus, & compactus. Agilitatem multis quidem exercuit, nunquam tamen choreas, minime smalum autem, vel in juvenute, cum sexu sequiore duxit, Oculis,

ut apud macilentos passim observatur, profundius immerfus, vidit acutissime, nunquam, ne in extrema quidem senectute vitro armatis, vel legebat, vel scribebat; licet posterioribus annis ad lumen candelae neutrum susciperet. Nunquam dente evulso, integros omnes in tumultum detulit, nunquam sanguis vena secta missus, ac ne medicina quidem, nisi paucis ante obitum diebus sumta. Caput aut reliquum corpus nunquam plumbo pulvillo acclinauit, sed ab anno 1715. pellem infartum segmentis pellionum constanter usurpabat, eodem anno & sedem ligneam curavit mollioridomi quidem nunquam infidebat, licet vitam, si nullus alius, sedentariam duceret, adultiore aetate non nisi pelle Cervina stramini injecta cubare solitus, simili, strato solitudinis suae inductus, atque ligneo cubo capiti subiecto aestivis diebus post meri diem incubantem ultimis etiam senilis vitae annis Gabrielem saepe ipsi vidimus & hoc situ jucunda cantare audivimus. Frigoris, aestusque patientissimus, juvenis rigidissima etiam hieme unica plerumque tegebatur tunicella, senex non nisi ad arcendas pluvias vel nives pallio usus. Pedibus plurimum valebat, quibus pleraque itinera, & quemadmodum anno 1740. calculavit, jam tum 450, milliaris emensus erat, ab his ne senex quidem abstinuit, Posonium vel Tyrnaviam nudis plerumque pedibus, quatuor horarum tempore profectus, desertente calceos filia, ut in urbe decorum observaret, quod illi septuagenario in itinere Posoniensi ob acriorem matut. nam pruina, segro corpore, aut plantis potius detracta cute decumbendi molestiam adtulit.

Edax adeo fuit, ut teralis aequipararetur, & proverbio apud vicinos locum faceret, saepe ob id inter amicos exspitatus, nullas tamen eo temperantior, dum abstinebat; nam anno duntaxat 1708. dimidio vernali jejuni tempore carnes manducare coactus, nunquam vel ante, vel post esurialibus diebus his vescobatur, postremis autem 17. aetatis annis domi quidem suae bubula perpetuo abstinuit;

liquoribus inebriantibus anno 1705; puer inestatur anno 1711. vini, anno vero 1718. Cerevisiae aliorumque omnium crapulam inducentium potuum usum semet sponte abdicavit, ab anno 1718. diebus Sabbathi abstinens jejunium adiecit, quod anno 1724. solo pane & aqua deinceps definiit, hacque ratione anno 1723. totum quadragesimale verni jejunii tempus transierat, alias vero istud ab anno 1716. non nisi unico cibo, ante horam quartam postmeridianam nunquam sumendo, minime vero aliquando repetendo exigere solebat, quod aliis quoque diebus, dum jejunaret, sancto observabat. Uvarum recentium avidissimus septemdecim postremis vitae annis rigidam servavit abstinens. Jejuniis diebus quod semper in pane & aqua exigere solitum esse diximus, panem cumprimis recenter coctum affectabat, ideo, dum ad templum domo proficisceretur, diligenter observabat, in qua domo pinseretur, quod, sensibus omnibus alioquin ad senectam usque integris servatis, ex odore vel eminus advertit, atque inde sibi, quantum satis, deferri curavit, sed populares hujus cupiditatis jam consulti, ultro etiam, si ipse non advertisset, obtulerunt.

Ingenium Gabrielis acre fuit & vivax memoria tam fidelis, ut libri cujusvis semel perlecti, quod intra triduum vel in vastioribus constantia effecit, argumentum probe comprehenderet, ac integros textus recitare posset. Moribus cetera, vultuque severus, inter amicos, ac imprimis conviva jovialis & facetus erat, ingentem anecdotorum copiam de illo servat vicinorum traditio, ad mensam non facile alter eo facundior, sed nec in edendo expeditior, & saepe inter amicos sermonibus ejus avidius intentos cibus patinam evacuavit, quam eum differentem edero coepisse crederent, unde saepe innocuorem fallum sumta materies, ut eum voracior nonnulli existimarent, quam esset; fuit tamen ille cum adhuc hospitalitatis genius, ut bona convivae oreis plurimum amaretur, praesertim, si facundia salibus condita, uti apud nostrum, acco-

deret. Ardens veritatis assertor tantam publice fidem nactus est, ut encomio: *Kolinovius* non mentitur, passim celebraretur, imo non gravius, ac ad oppositam falsitatem effervescentes, ut adeo ne juramentum quidem, nisi ubi lex exigit, ab eo deposcereur. In rebus propositis, promissis justis ac licitis constans firmus, & ad susceptiones quavis ad versus inexilis, non sine suo periculo publice dedit experimenta. *Lari capitis* ea propter appellatus, vehemens quidem cetera, sui tamen dominator arbitrarius appetitus suos sub se habebat, & dominabatur eis.

Talis erat Gabriel homo, talis civis, sed nec deterior Christianus legum omnium, quibus sponte semet etiam subiecerat, religiosissimus observator, non existimabat se proprio arbitrio rigorem solvere posse, augere vero quantum humana debilitas pateretur, studuit etiam; rigorem abstinentiae ac jejuniorum jam superius cum admiratione in eo vidimus, huic preces oriam, aliaque pietatis, & cultus divini exercitia sociabat; sacrum missae sacrificium, quamdiu viveret, nisi penitus impeditus nullo unquam die neglexit, quia ab anno 1707. aetatis fere decimo quotidianus ad aram sacerdotis minister, flexis plerumque genibus divinis intererat; praeter legalia vel statuta tempora festos B. V. dies pridiano jejunio recolebat, & postis coram sacro tribunali conscientiae noxis, pane coelesti fruebatur, ita & sui nominis patroni, & S. Alexii, cujus constantiam imitabatur, dies annuos recolebat. Domi matutinas & vespertinas preces flexis itidem in terra genibus persolvebat, quibus officia B. V. & S. Alexii quotidie addebat; mensam praemissa precibus accedebat, & subjectis deserebat, ad quam diebus festis & dominicis filio ex ordine Evangelium de tempore praelegere debebant, etiamsi quis peregrinus adesset, cui subinde suas animadvertiones adjecit, eadem filio & sacrarum concionum, quibus ipse semper intererat, argumenta summam referre debuerunt, quas a Catechista vel in tem-